¶A short treatise

declaringe the detestable wickednesse, of magicall sciences, as Necromancie. Coniurations of spirites, Curiouse Astrologie and suche lyke. (2)

Made by Francis Coxe.

Esaia. 21.

"Babell is fallen, it is fallen, and all the
"images of her hath he brokē vnto ẏ groūd.

Esaia. 47.

" Thy filthines shalbe disconered, and thy
" shame shalbe sene. Stande now amonge
" thyne enchaunters, and in the multitude
" of thy sothsayers, &c. Let now the Astro-
" logers, the starre gasers, and Prognosti-
" catours, stande vp, and saue thee frō these
" thinges, &c.



RICHAR DI SAMPSONIS

nuper Cicestriæ, nunc vero Lichfeldiæ Episcopi, in D. Pauli epistolam ad Romanos, atq; in priorem ad Corinthios breuissima explanatio.

A – ~~16~~ 18

1546. al 36


MUNIFICENTIA
REGIA. 1715
GEORGIUS D.G. MAG. BR. FR. ET HIB. REX F.D.
J. Pine
sculp

CHRISTIANO lectori ſalutem in domino.



Vrtiuas quaſda noſtras horulas ab aſſiduis & continuis nulla prope intermiſſione negotijs, in hoc opuſculo amice agnoſcat, amicus lector. Ad breuitatem itaq; cogimur. Vt autem luculēta germano ſenſui reſpondeat breuitas, ſummopere optamus. Vacuos autem nos ab affectibus (niſi decipiat nimium humana fragilitas) reperiet candidus lector. Sine vlla contētione, prodeſſe cupimus. Regiæ maieſtatis benignitas, & in ſacras literas ſyncerus amor,

quæ nobis quorundam psalmo=
rũ æditionẽ cõcessit, hunc quoq;
libellulũ ædendi, præstitit auda=
tiã. VIVAT PER AETER=
NITATEM CVM DEO,
HAEC SACRA MA=
IESTAS. Vale mi
charissime
lector.



CHARISSIMO PA=
RITER ET REVE=
rendo cum primis fratri, Londoniensi Episco=po, Richardus Lich=fildiæ episcopo=rum minimus, Salutem in Christo Iesu.

INTER acer=bas tuas molesta tiones, & plænam solicitudine cu=ram, quibus quo=tidie implicaris, charissime frater, tuam beneuolã opem nunc peto, vt vni ex erudi=tis viris tuis hoc nostrũ opusculũ apud prælum anteq̃ ædatur & li=men exeat, corrigendi & emen=

dandi negotium mandes: Rem dignam esse optarem, eruditi viri opera. Quicquid est, mendæ vt q̄ paucissime sint, cupio. Qui enim emendatissima deprauant, ex parua litura, totam chartam liturare contendunt, rerum omnium deprauatores, quæ prauis eorum affectionibus non concinunt. Tibi igitur amantissime frater, hanc rem nostram leuiculam cōmendo, (vt spero) per omnia catholicam, atq; germano sensui amicam. Volui cum dei auxilio, in ijs duabus epistolis, libare primum, quem forte euentum haberent reliquæ.

Vale.

CAN.

CANDIDO ET
PIO LECTORI.



Ortissimus ille christi athleta, ac doctor gentium, Paulus apostolus, qui in fide catholica tam multas, magna sua laude instruxit ornauitque ecclesias, ita inter cetera, in sua ad Romanos epistola, capite decimo quinto, scriptũ reliquit charissime lector Quæcunque scripta sunt (inquit) ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarũ spem habeamus. Quibus verbis, & excellentem scripturarum laudẽ, & vberem qui ex his percipitur fructum & emolumentum, eleganter sane & breuiter complexus est. Verum si quis ipsius Pauli scripta omnia percurrat & ea paulo altius consideret,

expen-

expendatq́;, inueniet haud dubi
multa quæ tametſi plurimum fru
ctum legentibus tandem preſtatu
ra ſunt, interim tamē eadem & di
ficultates non paucas, & moleſti
certe multam ſecum pariter adue
hunt. Id quod dilucidum eſſe te
ſtatus eſt & ipſe Petrus, Pauli il
lius collega digniſſimus. Nam in
ſua ſecunda epiſtola, capite tertio,
ita ſcribit. Propter quod chariſſi
mi hæc expectantes ſatagite, im
maculati & inuiolati ei inueniri in
pace, & domini noſtri lõganimita
tem ſalutem arbitramini, ſicut &
chariſſimus frater noſter Paulus
ſecundũ datam ſibi ſapientiã ſcrip
ſit vobis, ſicut & in omnibus epi
ſtolis loquēs in eis de his. In quib⁹
ſunt quædam difficilia intellectu
quæ indocti & inſtabiles depra
uant, ſicut & cæteras ſcripturas ad
ſuã ipſorũ perditionē. Ecce quãta
in quibuſdam Paulinarũ epiſtola
rum

rum locis, vel ipſo Petro teſtante,
ſit difficultas. Quod cum ita ſe ha
beat, quantum veræ laudis, ſupra
cæteros promeruiſſe credis illos,
(chriſtiane lector) qui ſuis laborib⁹
& vigilijs, difficultates illas et mo-
leſtias omnes ſic diſcuſſere, vt iam
luculenta & clara ſint omnia, quæ
prius & obſcura admodũ, & quaſi
inacceſſa, iudicabantur ab omni-
bus. Fuerunt ſane permulti, no-
ſtra etiamnũ etate, viri & ſummo
ingenio, & excellẽti doctrina pre-
diti, qui cum illis difficultatibus
congreſſi, & ſtrenue quidem cer-
tarunt, & preclaram inde laudem,
ob rem bene geſtam, omniũ calcu-
lis merito ſunt aſſecuti. Inter quos,
atq; adeo inter primos, immo po-
tius in albo primus, iure & merito
ſuo collocabitur reuerẽdus in chri-
ſto pater & cõfrat noſter Richar-
dus Sampſonus, vir eruditiſſimus,
olim eccleſię Ciceſtrenſis, nũc au-
tem

tem ecclesiæ Lichfeldeñ episc
pus dignissimus, quippe qui e
scripturę partes (quę omnium i
dicio difficillimę habētur, atq́
id a multis ne tacte quidē, sed d
opera prętermisse) nempe Pauli
sius ad Romanos, & eiusdē etiā
Corinthios epistolas, ea ꝑspicuit
te & industria, ea suauitate & du
cedine, ea deniq́ facilitate, imo
licitate, dexteritate, diligētia, &
genio sic tractauit & explicuit,
ceterorū iam libris & cōmentarij
ad intelligēdū Paulū, alioqui o
scurū, minime videamur indiger
Id qđ haud dubie ipse tu cōfiteb
ris lector, si illius epi in dictas ep
stolas cōmētaria (quę nūc tibi ill
benignitate sūt exhibita) ꝑleger
nō grauaberis, quæ certe tibi mu
tis nominib⁹, multo debēt esse g
tissima, sed nullo nomine magis,
q́ Pauli sensum & mentē tam c
cinna breuitate, & elegāti diction

si

sic illustrāt & exprimūt, ꝙ ne Pau-
lus quidē ipse si iam in terris viue-
ret inter mortales, aut apertius aut
viuidius id pręstare vel explicare
posset. Quare cū vino vēdibili (vt
aiunt) nō opus sit hedera, & tam in
aperto sunt illius episcopi virtutes
ac eruditio vt nihil sit necesse eas
cōmemorare, de opere, aut autho-
re, nihil omnino mihi hîc dicendū
est, cōmēdatione quippe nō egēt.
Illud autē valde mirandū est, epis-
copum ipsum tot negocijs regni
adeo obrutū, horas aliquot vel suc
cessiuas habere potuisse, quibus
opus tā tersū & eruditū, tā elegās
& tā multis profuturū, cōponere
& in lucē dare inter tanta negotia
posset. Sed diuitē suppellectilem
illū habere vides. Et cū sit Samp-
sō nulli eū deterrere possunt labo-
res. Vale charissime lector & istis
in rem tuam fruere delitijs.

Edmundus Bonerus
Episcopus London.

ARGVMENTVM in epistolam Pauli ad Romanos.



ROMANI sun partis Italiæ. H præuenti sunt a fal sis apostolis, & sub nomine domini no stri Iesu Chisti, in le gem erant inducti Hos reuocat apostolus ad veram & euangelicam fidem, scribens eis a Co rintho, per Phoebem, ministram ec clesiæ Cenchreensis.



D. PAVLI EPISTOLA AD ROMANOS.

CAP. I. Argumentum.

SVo more præfatus, eorum fidem laudat, suumq; mirum affectum erga eos docet, non modo erga eos sed erga omnes, sine personarum acceptione. Philosophorum culpam detegit, qui neglectis dei miris operibus, quibus cognoscibilis est, sola humana ratione usi, populum in idololatriā seduxerunt, unde omnia mala, uitia, fœditates.

PAVLVS.



Vi antea Saulus vocabatur, dignus qui nomen mutet, a persecutore, mansuetus & fidelis effectus.

Saulus, abutens consilio interpretatur. Paulus uero, os tuba, seu electionis miraculum.

Seruus Iesu Christi.

Ad lucrifaciendum animas hominum, eaq; causa.

Vocatus apostolus.

Ad hoc munus destinatus, &

Segregatus.

B. Aptio-

A priore Iudaica doctrina, exercitio, & sæua conuersatione sua.

In euangelium dei.

Vt hoc lætum nuntium coram gentibus & regibus portet.

Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis.

Sancto suo spiritu afflatos & edoctos, id quod illi scripto reliquerũt in scripturis vere sanctis, ab initio, & per omnium ætatum seriem. Hoc erat promissum a deo patre euangelium.

De filio suo,

Futuro in hunc mundum.

Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

Quia factus est homo. Sic prędicebat.

Qui prædestinatus est.

Vt homo fieret, præter omnes mortales, manifestatus & declaratus est.

Filius dei in virtute.

Diuina potentia patri equalis. In absoluta inq̃ potẽtia, quam prius habuit & pro voluntate nunc manifestauit.

Secundũ spiritũ sanctificationis.

Per sanctum spiritum omnia sanctifican

cantem & diuina operantem, qui ei astabat semper, & simul operabatur. Hoc manifestum quidem est.

Ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.

Qui mortuorum primus resurrexit, omnium primus, omniumq; futuram resurrectionem prenuncians, & certo certius docēs. Hic est qui ait: Destruā templū hoc, & in triduo reædificabo illud. Et ego sum resurrectio & vita.

Per quem accepimus gratiam.

Omnem bonitatem & virtutem, qui a morte vocauit nos ad vitam, me autē (inquit apostolus) a tyrannide, ad hūc apostolatū. Sic vocauit me ad gratiā.

Et apostolatum, ad obediendū fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.

Qui seruus est Iesu Christi, omnibus tanq̄ obediens seruit. Seruiuit Paulus, in dilatandō euangelio fidei in Iesum christum apud omnes, potissimum apud gētes, vt sua prędicatione, fidei obedirent, non pro inani gloria, sed pro nomine eius manifestando.

In quibus.
Inter quos.
Estis & vos.
Romani,& oēs qui Romę estis fideles
Vocati Iesu Christi.
Cuius discipuli vocamini,& vere estis.
Hæc scribo.
Omnibus qui sunt Romæ dilectis dei.
Hoc est.
Vocatis sanctis.
Qui de fidelium numero sunt, digni hac vocatione. Præcor vt sit,
Gratia vobis.
Parata,
Et pax.
Intus in cōscientia, non ab hoc mundo,sed,
A deo patre, & domino nostro Iesu Christo.
Qui vnum sunt,eiusdem uoluntatis & potestatis,a quo omnis gratia & pax. Vt autem non vos lateat affectus animi mei erga vos.
Primum quidem gratias ago
deo

deo meo,
Patri,
Per Iesum christum.
Qui mihi hanc gratiam contulit.
Pro omnibus vobis, quia fides vestra.
Qua imbuti estis.
Annuntiatur in vniuerso mundo.
Ad multos peruenit fama fidei vestræ in Iesum Christum.
Testis est mihi deus, cui seruio in spiritu meo,
Interna mente, & ex toto animo,
In euangelio filii eius
Propagando per omnes partes,
Quod sine intermissione,
Quoties oro,
Memoriam vestri facio in orationibus meis.
Deum,
Obsecrans, si quo modo,
Fieri possit,
Tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei,

Ita volente deo,

Veniendi ad vos. Desydero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis.

Hoc nõ mea causa desydero, non querens quod meum est, non vt priorem Iudaicam & carnalem scientiam accipiatis, sed cœlestem & spiritualem quam a Christo accepi doctrinam, vobis vt impartiar ex eo non nihil, admodum cupio.

Ad confirmandos vos.

In vera doctrina, qui adhuc non adeo solidũ cibum forte accepistis, aut non adeo stabiles & corrobotati estis.

Id est simul consolari in vobis.

Cõmunem mihi & mutuam vobiscũ, hoc erit consolationem habere, vt vestros iam paratos animos adiuuem.

Per eam.

Propter eam,

Quæ inuicem est, fidem vestram, atq; meam.

Vt vnius iam fidei effecti, diuino inuicem colloquio delectemur, alterq; alterum

alterum consoletur, & inuicem gaudeamus in domino, & priorem voluntatem vestram in hanc fidem cõfirmem.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sępe proposui venire ad vos.

Nõ ille iam primum animus mihi est.

Et prohibitus sum vsq; adhuc,

Impeditus fui. Sępe autem proposui.

Vt fructum aliquem habeam in vobis.

Vt præsens addam nõ nihil inter vos, vt maiorem fidei fructum accipiatis, augeaturq; & solidior sit inter vos vera fides in Christum.

Sicut & in cœteris gentibus.

Spero me fecisse, uel fecisse videor.

Equidem etenim.

Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus,

Eruditis & rudibus.

Debitor sum,

Quia seruus Iesu Chisti in euangelio.

Ita (quod in me)

Est, aut fieri potest.

Promptum est, & vobis qui Romæ estis euangelizare.

Neutiquam deerit voluntas & mea solicitudo.

Non enim erubesco euãgeliũ.

Non me pudet vt euangelium apud oẽs denuntiem. Non est res aut inanis aut tacenda, aut paruæ estimationis.

Virtus enim dei est in salutem omni credenti.

Alijs nõ prodest hæc virtus quæ a deo est, & quam docet euangelium, vt saluentur, nisi credentibus. Omni igitur credenti salus est.

Iudæo primum.

Tanquam peculiari populo, natiuis ramis, nisi propter incredulitatẽ frangantur. Primum itaq; Iudæo, item &

Græco.

Gentibus.

Iustitia autem dei, in eo,

Christi euangelio,

Reuelatur,

Manifestatur,

Ex fide in fidem.

Ex fi-

Ex fide iudæorum per vetus testamen tum, in fidem noui testamẽti sine personarum acceptione, Iudęis & Græcis oblatã. Inutile quidem erat vetus testamentum sine fidę. Neq; adhuc reuelata in eo erat perfecta fides, quæ expectabatur per promissiones. Modo quidem ex fide non satis perfecta traducimur in fidem consummatissimam per Christi euãgelium. Sic imus de virtute in virtutem. Bona erat lex, sed longe melius euangelium. Neutrũ bonum, nisi credenti.

Sicut scriptum est, Iustus ex fide viuit.

Sine qua, nulla est vita, nemo iustus, cum sit impossibile placere deo sine fide. Deum itaq; & fide cognoscamus & agnoscamus. Alias quidẽ perimus.

Reuelatur enim ira dei de cœlo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinẽt.

Impietas, incredulitas est. Idololatriã efficit incredulitas, & dei ignorantia incredulitatem gignit, quæ inexcusabilis

 bilis

bilis est. Iniusticiam itaq; operatur. Hi sunt qui veritatem dei quam nemo nescire potest, nisi qui nō vult cognoscere, in iniustitia detinent, veritatem quam non nesciunt, celantes. Quid autem iniustius, quam cognitam fidem non palam fateri? In hos iuste reuelatur ira dei de cœlo, & in hac vita & in futura potissimum, quia cœlestis doctrina, quam de cœlo in hunc mundū attulit Christus, hanc iram dei nos docuit in non credentes.

Quia quod notum est dei, manifestum est in illis.

Per eius creaturas data est illis notitia de deo. Neq; non cœlitus dedit illis deus intellectum, quo deū ex creaturis, conditorem & gubernatorem facile cognoscant. Ipsa quidem quæ externa videntur, deum semper manifeste docuerunt. Non potuerunt igitur nescire.

Deus enim illis reuelauit.

Per externas maxime creaturas.

Inuisibilia enim ipsius, a creatura mundi,

Per

Per creaturam externam & visibilem, a principio creationis mundi, & eius completo omni ornatu.

Per ea quæ facta sunt intellecta,

Probe considerata.

Conspiciuntur.

Per fidem a maximo & potentissimo deo fieri.

Sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas.

Supra omnem humanam rationem facile conspiciuntur, & apud sanum intellectum peruidentur.

Ita vt sint inexcusabiles.

Nulla ratione excusentur, qui verum deum non agnoscunt.

Quia cum cognouissent deum.

Facile ex prioribus cognoscere potuissent.

Non sicut deum glorificauerũt.

Eum honorem ei non exhibuerunt, vt omnium solum creatorem & gubernatorem eum agnoscerent, Ioui, Herculi & similibus diis & dæmonibus, hæc omnia referentes. Hi sunt qui veritatẽ dei in iniustitia detinuerunt. Deum

itaq;

itaq; vt vere deũ non glorificauerunt,

Aut gratias egerunt.

Ingrati tanto beneficio. Neq; vlla gratias agere poteſt, qui beneficium non agnoſcit. Deo igitur hanc gloriã non tribuerunt.

Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis.

Quia captiuã veritatem detinuerunt. Vani & mẽdaces in ſuis, alieni a recto, cogitationibus facti ſunt, errantes & mentientes de vero deo. Nam,

Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.

Vere ſtultum, inſipiens, alienum a cœleſti omni ſapientia, obſcuratum, in meris tenebris palpitans ſublata gratia. Quamobrem.

Dicentes ſe eſſe ſapientes,

Hoc ſtulto ſtultius putantes, & pro ſapientibus ſe haberi cupientes.

Stulti facti ſunt.

Sic huius mundi ſapientiam deijcit deus, qui abſq; eo ſapere ſibi videtur, Hæc erat Gentilium philoſophorum ſapientia, ſeu verius inſipientia, qui

& pop ulum eodemerrore infecerunt.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei,

Qui spirit9 est & immortalis, æternus, sine principio, & sine fine, quem nemo vidit vnquam.

In similitudinem imaginis corruptibilis hominis.

Mortales etenim homines, pro dijs habuerunt & adorauerũt, neq; modo homines illos, sed & simulachra, & eorũ statuas, ligneas atq; marmoreas, sed &

Volucrum & quadrupedum, & serpentum.

Erigebant imagines, & eas dei loco colebant.

Propter quod tradidit illos deus,

Tradi permisit sublata gratia, sibijpsis illos relinquens.

In desyderia cordis eorum,

Quæ carnalia & absq; dei gratia animalia sunt.

In immunditiam.

In omnem fœditatem parata & prona

Vt contumelijs afficiant corpora sua

ra sua in semetipsis.

Tanq̃ insani & alieni prorsus a mente. Hoc est obscuratum cor eorum, quod omni bono lumine vacat. Hæc fœda & ignominiosa sua opera non vident, non considerant, quando fiunt in semetipsis, quando inuicem alter altero fœdissime abutitur, & hæc ideo ab ipsis fiunt.

Quia commutauerunt veritatem dei in mendatium.

Veritas dei est, vt eũ solum colamus. Mendatium vero, creaturam pro creatore colere. Ideo reuelatur ira dei super hanc impietatem, super hos impios, qui

Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula,

Omni laude, omni honore, solus vere dignus in secula, perpetuo.

Amen.

Vt ita fiat, optat super omnia apostolus. Hi autem stulti, contra.

Propterea tradidit illos deus

Tradi permisit,

In passio

In paſſiones ignominiæ.

Vere animi & corporis paſſiones,morbi & grauiſſimæ perturbationes ſunt, obcæcari vſq; adeo,vt non ſolum noſtra dedecora, ignominias,& fœdiſſimas noſtras fœditates, non animaduertamus,non ſentiamus in nobis, impudenter faciamus omnia, ſed quod omnium turpiſſimum & flagitioſiſſimum eſt, in illis rebus fœdiſsimis,nobis maxime placeamus,omnem virtutem odio habentes,& abhorrendis vitijs omnino nos delectantes. O, paſſiones ignominioſæ.

Nam feminæ eorum mutauerunt naturalem vſum, qui eſt contra naturam.

Tam fœdum eſt quod hic ſentit apoſtolus,vt & linguã quæ hæc loquatur, & aerem,ſola voce inficiat.Secum igitur abhorrendo, cogitet pius lector, eius non optet eloquutionem. Quod ſequitur,ſimile quoq; eſt,

Similiter autem & maſculi,relicto naturæ vſu feminæ,exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicẽ, maſ

culi

culi in masculos turpitudinem o-
perantes.

O ardorem, igne perpetuo infernali dignissimum. Vtinam a christianis alienum esset. Digne igitur in hos reuelata est ira dei, hæc operantes.

Et mercedē (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipiētes.

Omnes alios morbos, omnes afflictiones, longe vincit hæc exoculatissima cęcitas, quę omni honestate despecta non hominem, sed plusquam animalē beluam, in has fœditates præcipitat, quibus, (præter huius vitę ignominiosissima dedecora) & corpus & anima in inferni nouissima, ruunt. Hanc vt oportuit, vt iustum est, mercedem & dignam retributionem recipiūt in semetipsis, seipsos affligentes, vindictā de semetipsis sumentes, atq; vt rabidi canes in semetipsos animaduertentes. Neq; aliter cum illis fiet, q̄diu veritatem in iniustitia detinent. Nam

Et sicut non probauerunt deū habere in notitia,

Quia noluerunt deū ex creaturis cognoscere,

noſcere, ſed dei noticiam volentes & ſcientes reſpuere.

Tradidit illos deus in reprobum ſenſum.

Vt in omnem improbam & ignominioſam mentem ruerent, permiſit.

Vt faciant ea quæ nō cōueniūt.

Quæ abſurda ſunt, protſus obcæcati. Sic eos reliquit deus.

Repletos omni iniquitate,

Hoc eſt,

Malicia,

Omni mala mente.

Fornicatione,

Quæ ludus & iocus ipſis eſt, quantumuis fœda & dedecoroſa ſit fornicatio. Sic & replentur.

Nequitia,

Iniuſtitia, iniurijs, rapinis, fraudibus. Eos itaq; videmus.

Plenos inuidia,

Alienis bonis inuidentes, alienos a charitate, plœnos

Homicidijs,

Cum ſint viri ſanguinum, quorum ve-

loces pedes sunt ad proximi effundendum sanguinem

Contentione,

Plenos, neutiq̃ pacificos, rixis, cõuitijs & in omnem litem paratos, plenos

Dolo,

Alienos ab omni simplicitate, vafros, impostores,

Malignitate,

Prauis moribus præditos, ex mala mente & malo animo,

Susurrones,

Clam, & mali rumoris, & falsorum cõmentorum delatores,

Detractores,

Falsæ rei de proximo inuentores, & eiusdem rei in proximi infamiam velut declamatores,

Deo odibiles,

Cum enim deum odio habeant, digni sunt quos oderit deus,

Contumeliosos,

Quia non faciles, inhumani, immorigeri sunt.

Superbos, elatos,

Arrogantes nimium, alios præ se contemnentes, tumidi sunt, os in cœlum ponentes, supra omnem humanam naturam, se stolide eleuantes.

Inuentores malorum,

Huic rei toti dediti sunt, vt scelera, vt nouas fœditates studiose inueniant.

Parentibus non obedientes,

Obstinatos tam in natura parentes, quam alios magistratus videmus.

Insipientes,

Vere quidē insipientes, qui nihil bene sapiunt, a quibus sanum omnem intellectum, sustulit deus, quando eos sibi ipsis reliquit,

Incompositos,

Ingratis, inhumanis, & odio dignis moribus, vere Barbaris,

Sine affectione,

Qui omnem humanitatem exuunt, erga neminē grato & vere amico animo,

Absq; fœdere,

Qui nullam conuentionem, nullum pactum seruant, vere fœdifragi.

Sine misericordia,

Qui nullius vices dolent, aliena quan

tumuis mala, susq; deq; ferunt, compatientiam nullam habentes, vtant quantum velint alij, cum nemine vtuntur, clausa eorum viscera sunt, prorsus ab omni misericordia in proximum. Neq; hæc ignorantes faciunt.

Qui quum iustitiam dei cognouissent,

Nisi eos malicia excæcasset, iustitiam, bonitatem dei, ex creaturis non ignorassent.

Sed non intellexerunt,

Intelligere noluerunt. Sciant ergo.

Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte,

Aeterna potissimum.

Non solum qui ea faciunt,

Scelerum perpetratores,

Sed etiam qui consentiunt facientibus.

Consentiūt autem omnes, qui auxiliū ferunt, qui prohibere possunt, & non prohibent, qui oēs currunt cum adulteris & sceleratis, & suam portionem ponunt cum eis.

CAP.

CAP. II. Argumentum.

Qui ea facit quæ in alio iudicat, pœnam nõ effugiet. Interim dei longanimitatis obliuiscitur, qui omnia sine personarum acceptione in ueritate iudicat. Minus excusabiles iudæi sunt, qui ex lege, uitæ normam habent. Neq; inexcusabiles gentes sunt, quibus pro lege, conscientia est. Iudæos legis auditores tantum, uehementer arguit. Neq; illis quicquam circumcisio, neglecta christi fide & aliis præceptis, prodest.

PRopter quod.

Propter id quod iam diximus dicturiq; sumus,

Inexcusabilis es o homo omnis,

Quisquis es, vel iudæus vel græcus.

Qui iudicas.

Aliena scelera. Nemo aliorum flagitia non iudicat, non reprehẽdit, nõ damnat, festucam videns in fratris oculo, quia non nescit ea esse turpia & correptione digna. In semet vero, trabem non considerat. Non habes igitur quo te excuses.

In quo enim iudicas alterum, teipsum,

Qui id idem facis,

Condemnas,

Deũ veluti doces, quomodo te iudicet

Eadem enim agis quæ iudicas,

Eadem pœna tum illo altero dignus.
Neq; aliud a deo exspectandum est.

Scimus enim quoniam iudi-
tium dei est secundum veritatem
in eos qui talia agunt.

Vt nulli parcat pro sua iustitia. Neq;
a veritate errat, qui nihil ignorat.

Existimas autem hoc, o homo.

O miser & dei ignorans,

Qui iudicas eos qui talia agunt,
& facis ea, quia tu effugies iudi-
tium dei?

Quantumuis doctus, magnus, aut po-
tens? Noli cristas erigere, tibi noli blã-
diri, quod non illico puniat benignus
deus, qui longanimis est.

An diuitias bonitatis eius &
patientiæ, & longanimitatis con-
temnis?

Ingẽtes nobis diuitiæ sunt, patientia
dei & eius longanimitas, quibus (si nõ
desit

desit omnis gratia) ad resipiscentiam nos inuitat: non enim irascitur per singulos dies. Qui autem non resipiscit, contemnit. Ait enim apost.

Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit?

Te adducit deus, tibi dux est, te diu patitur vt bonitatis eius memineris vt peccatum tuum agnoscas & resipiscas. Te inuitat, tecum vadit, modo sequi & comes esse velis. Si autem nolis seipsum pessundas.

Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor,

Quod inflexibile, lapideũ & durũ est.

Thesaurizas tibi iram,

Iustam dei vindictam in te, priores dei diuitias spernens. Aliud lucri non reportas, q̃ deum contra te exasperare.

In die iræ,

In die magni iuditij, qui in omnes impios, terribilis erit. Dies quidẽ erit iræ.

Et reuelationis iusti iuditij dei.

Vere omniũ rerum & bonarum & malarum erit tum reuelatio. Erunt omnia manifesta, iudicem illum latebit res

nulla, omnia palam faciet & palam iudicabit.

Qui reddet vnicuiq; secundum opera eius,

Secundum quod gessit hic in corpore, siue bonum siue malum, vere iustus iudex. Nisi opera cum fide coniunxeris, perijsti. Reddet autem vnicuiq; in suo ordine.

Ijs quidem qui secundum patientiam boni operis,

Bene versati sunt, & perseuerarūt, patienter omnia pro Christi nomine ferentes, a carnis & mūdi illecebris abhorrētes, iis inquit apost. reddet deus

Gloriam,

Cœlestem & æternam,

Et honorem,

Laboris suauissimum præmium,

Et in corruptionem,

Et animæ & corporis. Nā in hac vita,

Quęrunt vitam eternam.

Per sanam vitæ conuersationem.

Iis autē qui sunt ex cōtentione,

Impatientes, superbi, alieni a iustitia, a man-

a mansuetudine,a charitate,

Et qui nõ acquiescunt veritati,
Veritatis inimici,veritatẽ respuentes,
illi neutiq̃ obtemperantes,increduli.

Credunt autem iniquitati,
Facile in eam sententiam ducũtur,illi
fauent,libenter adherent,eam querũt,
non vocati sequũtur,vltro se offerunt,
iis (inquit)

Ira & indignatio,
Id quod manifestabitur in illa prioris
iusti iuditij reuelatiõe, in illo die, iræ,
furoris,& indignationis in hos pecca-
tores plœno. Iusto etenim dei iuditio

Tribulatio & angustia.
Futura sunt.

In omnem animam hominis o-
perantis malum.
Peccat homo,peccat caro que spiritũ
vincit,vtriq; erit interitus,in perpetua
tribulatione,in asperrima angustia cũ
fletu & dentium stridore. In omnem
(inquit) animam peccatricem, non re-
sipiscentem,ira dei reuelabitur.

Iudæi primum,

nulla, omnia palam faciet & palam iudicabit.

Qui reddet vnicuiq; secundum opera eius,

Secundum quod gessit hic in corpore, siue bonum siue malum, vere iustus iudex. Nisi opera cum fide coniunxeris, perijsti. Reddet autem vnicuiq; in suo ordine.

Iis quidem qui secundum patientiam boni operis,

Bene versati sunt, & perseuerarūt, patienter omnia pro Christi nomine ferentes, a carnis & mūdi illecebris abhorrētes, iis inquit apost. reddet deus

Gloriam,

Cœlestem & æternam,

Et honorem,

Laboris suauissimum præmium,

Et incorruptionem,

Et animæ & corporis. Nā in hac vita,

Quærunt vitam eternam.

Per sanam vitæ conuersationem.

Iis autē qui sunt ex cōtentione, Impatientes, superbi, alieni a iustitia, a man-

a mansuetudine, a charitate,

Et qui nō acquiescunt veritati,
Veritatis inimici, veritatē respuentes, illi neutiq̃ obtemperantes, increduli.

Credunt autem iniquitati,
Facile in eam sententiam ducūtur, illi fauent, libenter adherent, eam querūt, non vocati sequūtur, vltro se offerunt, ijs (inquit)

Ira & indignatio,
Id quod manifestabitur in illa prioris iusti iuditij reuelatiōe, in illo die, iræ, furoris, & indignationis in hos peccatores plœno. Iusto etenim dei iuditio

Tribulatio & angustia.
Futura sunt.

In omnem animam hominis operantis malum.
Peccat homo, peccat caro quę spiritū vincit, vtriq; erit interitus, in perpetua tribulatione, in asperrima angustia cū fletu & dentium stridore. In omnem (inquit) animam peccatricem, non resipiscentem, ira dei reuelabitur.

Iudæi primum,

Cũ primis, qui lege admonitus & do-
ctus, interitu dignior iudicabitur. Itẽ,
Et græci,
Gentilis, qui conscientiam habet pro
lege. Neuter effugiet, seu Iudęus, seu
gentilis sit.
Gloria autem & honor & pax,
Animi & conscientiæ quies, & in hac
vita & in futura,
Omni operanti bonum,
Fide & operibus,
Iudęo primum,
Qui prior est tempore & vocatione,
qui maiora dona recepit, pariter
Et Græco,
Erit eadem gloria, eadem vtriq; gra-
tia, bonum operanti.
Non erit enim acceptio perso-
narum apud deum.
Modo credentes bene operentur.
Neq; iudæo Incredulo & male ope-
ranti prodest lex illi prius data, neq;
Gręco, legem non habenti non obest,
cui pro lege naturæ ius est per intel-
lectum & gratiam, Impune igitur non
peccat.

Quicũ

Quicūq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt,

Cum legem naturæ in corde habeant, qua licuit deum cognoscere, & quæ turpia & euitanda sunt, non nescire, Punientur vt sunt digni, qui legem non habent.

Et quicunq; in lege peccauerunt.

Qui legem scientiā habent peccantes,

Per legem iudicabuntur.

Illis erit iudex, lex scripta, quam habent, & eam neglexerunt, longe alieni a legis obseruatione, quantumcūq; aut legant, aut audiant. Obest quidē scientia.

Non enim auditores legis iusti sunt apud deum.

Qui semet fallentes, audientes sunt & non audiunt, intelligentes & non intelligunt.

Sed factores legis iustificabuntur.

Iusti habebūtur quod ad externālegis obseruationē attinet: Nā & absoluerūt

per

per legem declarati iusti, non damna-
buntur, quia in legem non peccant.
Huic factori si fidē addideris, per om-
nia iustus est. Sic erat legis factor A-
braham ante legem, qui sola fide non
iustificabatur, sed vna cum fide, verbis
& dei promissionibus, reipsa & facto,
voluntati & mandato dei obediebat.
Sic & iustificantur gentes sine lege.

Cum enim gentes quæ legem
non habent, naturaliter,

Naturæ dono quod imbuit deus per
gratiam,

Ea quæ legis sunt faciunt, eius-
modi legem non habentes,

Quam habent iudæi scriptam,

Ipsi sibi sunt lex.

Quam ipsa natura in eorum cordibus
insæuit deus.

Qui ostendunt,

Per bona opera,

Opus legis scriptum in cor-
dibus suis.

Cum ea sine lege operentur quæ præ-
cipiat lex, & ea fugiant quæ vetet.

Testimo-

Testimonium reddente illis conscientia eorum,

Quæ intus admonet sentitq; malas actiones a bonis, & contra. Malis vexatur & angustiatur, bonis gaudet. Hanc conscientiæ vermem effugere potest nemo, nisi deploratissimus. Velis itaq; nolis, testatur tibi tua conscientia, & indicat ea quæ mala & fugienda sunt. Intus igitur diuersas habet cogitationes,

Et inter se inuicem,

Magna est varietas & contentio.

Cogitationum,

Diuersissimarum,

Accusantium,

Quæ mala sunt.

Aut etiam defendentium,

Quæ bona sunt. Hęc ante oculos ponit conscientia, velimus nolimus. Non igitur auditores legis tantum iustificabuntur.

In die cum iudicabit occulta hominum,

Deus quæ prius apud homines latuerunt

cunt. Tunc enim manifestabuntur, peccatorem ipsa quidē accusabit co scientia. Hoc iam percognitum est.

Secundum euangelium meum

Quod palam denuntiaui,

Per Iesum Christum.

Qui me vocauit ad hoc munus, me do cuit, eiusq; nomine omnia facio & do ceo. Neq; tibi nimium arroges, qu glorioso nomine Iudęus vocari prę optasti Quid tibi prodest?

Si autem tu Iudæus cogno minaris.

Quasi veritatis confessor, & glorifica deum quem cognoscis per legem scri ptam prę alijs gentibus.

Et requiescis in lege.

Quę in ipsa scripta sunt non ignoras & illam scientiam quasi iactas, illam in promptu habes, & in pectore, no vltra legis literam queris, penitius n inspicis, satis tibi esse putas, quod le gis externā quandam scientiā habea

Et gloriaris in deo.

Quem docet lex, quam alię gent scriptam non habent.

Et nobi

Et nosti voluntatem eius,

Iactas te scire per hanc legem,

Et probas vtiliora,

Videtur tibi bona quæ docet lex, videntur tibi sanæ doctrinæ, probas quę bene docet,

Instructus per legem,

Edoctus & eruditus, sed ea ĩneutiq̃ facis. Stulte nihilominus.

Confidis te esse ducē cæcorū.

Vt cæcos & errantes, in rectam ducas, & te esse confidis,

Lumē eorū qui in tenebris sunt,

Vt non obscure dei voluntatē videant & intelligant, te doctore, te esse quoq;

Eruditorem insipientium,

Tam iudæorum qui in lege inerudit sunt, q̃ aliorum qui legem nō habent,

Magistrum infantium,

Infirmorum & imbecillium in dei cognitione vos ita docetis.

Habentes formam scientiæ & veritatis in lege,

Iam vobis peculiariter data, Hæc tibi arrogas stulta confidentia, hæc iactas.

Sic

Mat.xxii Sic scribæ & pharisæi, super Mosi ca-
thedram sedetis. Hanc vere scientiam
habes in lege, hanc doces,

Qui ergo alium doces, teipsum non doces.

Non faciens quæ doces. Nam;

Qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non mechandum, mecharis qui abominaris idola,

Deum verũ cognoscẽs in lege scripta

Sacrilegium facis.

Diuinum honorẽ alijs q̃ deo vero tribuis. Etenim.

Qui in lege gloriaris,

Te præstantiorem alijs esse, & longe preferendum.

Per præuaricationem legis,

Eius desertor & contemptor, & vere recta aberrans,

Deum inhonoras,

Dehonestas, & quãtum in te est, ignominia afficis, gentium animos ab eo alienas.

Nomen enim dei per vos,

Propter malos mores vestros.

Blasphe

Blaſphematur inter gentes,
Male audit, male (veſtris malis prouocati) de deo (quem vos tanti facitis ſolo verbo, & contra eius voluntatē tam male viuitis) & ſentiunt & loquuntur Gentes, ſicut ſcriptum eſt, per Eſaiam, iugiter dei nomen blaſphemari. Gloriamini vehementer quod circumciſi eſtis, quaſi populus dei peculiaris & ſignatus præ cæteris. Sed hoc perſuaſum habeatis. Cap. lij.

Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues,
Aliquid eſt circumciſio, veſtra potiſſimum opinione, vt filij Abrahæ vocemini, ſed ſi legem obſeruetis. Externū ſignum vos mouet, vt Abrahæ, & ſanctæ vitæ eius memineritis.

Si autem præuaricator legis ſis,
Per vite fœditatem,

Circumciſio tua præputium facta eſt,
Perinde eſt, ac ſi incircumciſus et gentilis ſis.

Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat,

Si qui gentilis est, fide & operibus secundum legis prescriptum viuat,

Nonne præputium illud in circumcisionem reputabitur?

Habebitur ne pro circumciso, pro Abrahe filio, & dei electo, vt cœlestem mercedem certo sperare possit, quantumuis in circũcisis? Vere quidem.

Et iudicabit id quod ex natura est præputiũ, legem consummãs,

Id quod ex natura preputium est, incircumcisum & gentile, Iudicabit (inquit apost)

Te,

Dignum iuditio docebit,

Qui per literã & circũcisionẽ,

Litere nimium adherens, & carnalem circumcisionem tantum, magnifaciẽs,

Præuaricator legis es?

Legis scientiam habens & non faciẽs, gentili deterior? Præputium quidem, habebitur pro vero Iudeo, qui deum & verbo & vita confitetur, & apud alios bono vite exemplo deũ glorificat,

Nõ enĩ qui ĩ manifesto iudeus est,

Natura

Natura & genere,& externa religione

Neq; quæ in manifesto in carne est circumcisio,

Per externam circumcisionem, externo illo signo circũsectæ pelliculę, aut pro nõnullis externis ceremonijs, deo magis gratus est.

Sed qui in abscõdito iudæus est,

Intus in mente deũ agnoscens, &eum puro animo laudans,

Et circũcisio cordis in spiritu,

Quę malas & turpes cogitationes amputat, quęq; deum vt deum glorificat, deo valde placens est in spiritu,

Non litera.

Non qui externæ literę adheret, quia legis spiritualem sensum accipit a spiritu sancto. In illa quidẽ externa legis intelligentia non sistit, sed suauissimũ eius spirituale succũ querit, vt prosit.

Cuius,

Rei,

Laus non ex hominibus,

Querẽda est, vt solet supcilio sus Iudęus, qui se oi honore, oi laude dignũ putat, atq; alijs oibus pręponi, p eo solo

quod

quod carnalem circumcisionem, & externas nonnullas ceremonias habeat sola specie sine spirituali intelligẽtia, carnalibus oculis, ornatas & splendidas, non hæc (inquit) laus ex hominibus querenda est,

Sed ex deo est,

Quicquid laude dignum est. Laudem quærunt Iudæi apud homines, mentiũ & bonarum cogitationum ignaros, nõ apud deum, cordium scrutatorem. Nimis ergo nõ sibi placeat Iudęus propter illa carnalia & externa, cum non sit eo apud deum inferior, qui illis prorsus caret, gratia & natura legem perficiens.

CAP. III. Argumentum.

AEquat Iudæos Gentibus, cum dei gratia qua iustificentur, & egeat uterq;, & utriq; eadem est. Neq; utilis sunt legis opera Iudæo sine fide, neq; gentili credenti, obest circumcisionis carentia, aut legis orbitas.



Vid ergo amplius Iudæo est?

Quam præputio, q̃ gentili, si non sit eius erga deũ melior

Hoc cõditio per legis dationem & cir-cũcisionẽ, in quo præstat & antecellit?

Aut quæ vtilitas circũcisionis? Respondet.

Multum per omnem modum.

Valde admodũ in multis Iudæos no-luit Paulus nimium irritare in primo congressu, piæ artis magister, ne odij causa, cũ hæc & priora & quæ sequun-tur, dixisse putarent. Quandam itaq; piam beneuolẽtiam captat, vt eos fa-cilius capiat, & ad Christũ ducat. Eos itaq; plurimum excellentiores ait.

Primum enim, quia credita sunt illis eloquia dei.

Hoc præcipuum est, hoc maximum, Preter alia multa dei beneficia in eos. Nulli nationi taliter fecit, vt ait Pro-pheta. Ingentibus miraculis a serui-tute liberabãtur, populus erat electus, soli diuina oracula & responsa habe-bãt. Sed ante omnia, quod illis pecu-liariter lex data est scripto. At incre-duli sunt, inquit aduersarius. Eorum causam in hoc tueri videtur aposto-lus. Ait autem.

Psal. cxlvii.

Quid enim si quidam illorũ non crediderunt?

Lenit sermonem, quidam pro multis ponens, cum ex iudæis paucissimi crederent.

Nunquid incredulitas illorũ, fidem dei euacuauit?

Nunquid illorum incredulitas, fidei virtutem sustulit in aliis qui credunt? Si quidã nõ credant, obest ne aliis qui credunt quorundã incredulitas? Sunt ne reiiciendi oẽs propter quosdam?

Absit.

Iudæi quidam propter incredulitatẽ, tanq̃ rami ab oliua fracti sunt. Interim

Infra Cap. ii. amissio eorũ, mundi reconciliatio est. Incredulos punit deus, & mendaces.

Est autem deus verax,

Reddens quæ promittit, sine personarum acceptione? Neq; vnius incredulitas, alteri nocet, quicquid iudicet homo.

Omnis autem homo mendax,

Ignarus, inconstans, qui facile labitur per carnis cæcitatem. Eius itaq; men-

datium, eius inconstantia, eius incredulitas, aut prauum iuditium, dei veritatem non mutat, aut quouis modo imminuit. Magna enim est carnis cæcitas, in iuditijs dei.

Sicut scriptum est,

Per prophetam, qui deum hoc modo alloquitur.

Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Iusti sunt dei sermones, & neminem fallunt. Vincit itaq; deus, cum aliter de deo sentiant homines q̃ par est, quia sermo dei verax est, quicquid deliret homo, vt omnino fiat quod docet sermo dei. Deum quidem mentiri est impossibile. Magis ergo iustificatur deus & iustus & verax declaratur, quo magis eius sermonibus resistant homines, aut sinistre iudicent, quia inuitis illis nihilominus completur suo tempore quod promittit. Non ergo euacuatur fides, per quorundam Iudæorum incredulitatem, sed declaratur & confirmatur, vt tanquam ex mortuis, efficiatur vita. Cap. ij.

Ergo incredulitas nostra, commendat & magnificat iustitiam dei, inquit Iudæus. Eaq; causa nos detrudi videmur in incredulitatē. Nobis ergo nulla culpa est. Iniuste puniemur. Iis respōdet apost. afferēs idem argumētū.

Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat,

Illusteriorem efficit,

Quid dicemus? Nunquid iniquus deus qui infert iram?

Qui potius afficit immerentes?

Secundum hominem dico.

Hęc est humana et carnalis ratiocinatio inquit apost. quā nūc affero, cum sit vere impiū, illud de deo sentire. Itaq;

Absit.

Vt talia sentiamus. Adhuc perstat in eodem argumento apost. vt prorsus diluat humanum & stolidissimum hoc argumentum. Nunquid iniquus deus?

Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum.

Humanum hoc ait argumentum esse. Iuste quomodo potest huius mundi pecca-

peccatores & incredulos damnare deus, quando eorum peccatis, eius gloria magnificatur, qui voluisse videtur vt ea causa peccatores sint?

Si enim veritas dei in meo mendatio.

In meo peccato, in mea incredulitate,

Abundauit,

Adaucta est & illustrata,

In gloriam eius, quid adhuc Dicemus? quid superest, quæ veritas est, quæ ne ratio, cur

Et ego tanq̃ peccator iudicor? Condemnor? cur inquit iudicor, tanq̃ peccator, cũ nullum esse videtur peccatum, quando ex meo malo, tam ingens bonũ emanat. Cur ergo iudicor?

Et non (sicut blasphemamur Male & impie de nobis loquuntur,

Et sicut aiunt quidem nos dicere, Et docere, quantumuis iniuste hoc dicant)

Faciamus mala vt veniant bona? Cur non liceat nobis mala facere, vt ex malo, bonum oriatur? hoc (inquit)

me docere aiunt. Sed blasphemor, mihi (inquit) calumniam inferunt, de me iniuste loquuntur.

Quorum damnatio iusta est,

Qui talia loquuntur, & talia agunt, Non enim defendit eos prior anima-lis ratiocinatio.

Quid ergo?

Nobis erit Iudæis. In quonam,

Præcellimus eos?

Qui præputium habent: per legem ne nostram fide vacuam?

Nequaquam.

Nullo modo. Neq; precellimus eos et præputio credētes, nos qui Iudæi su-mus, & credimus, quia coram deo pa-res sumus, qui non est personarum ac-ceptor, cuius gratia & semper et om-nes egemus.

Causati enim sumus,

Huius rei causam & prius attulimus, & iterum sequitur.

Iudęos & grecos sub peccato esse

Peccati seruos, immundos, peccato-res, vt nemo de se glorietur, vt nemo se nesciat egere gratia dei.

Sicut

Sicut ſcriptum eſt, quia non eſt iuſtus quiſquam,
Purus & innoxius,
Non eſt intelligens,
Inter homines qui nō erret aliquādo,
Non eſt requirens deum.
Ne vnus quidem qui pure deū colat, qui non negligit, qui carnis maculam & cæcitatem non ſentiat.
Omnes declinauerunt,
Nemo non aberrat mortalium,
Simul inutiles facti ſunt.
Omnes, quia deo per omnia non poſſunt vt tenentur & debent, ſeruire.
Non eſt qui faciat bonum,
Ex ſeipſo, vt de eo ſibi poſſit meritum vendicare.
Non eſt vſq; ad vnum,
Qui non egeat gratia dei
Sepulchrū patēs eſt guttur eorū.
Omnes homines abſq; gratia, qui ab adoleſcentia in malum proni ſunt, & plæni malis concupiſcentiis, illas foedas cogitationes quæ intus in corrupto animo latent, nonnunquam

euo=

euomunt, tanq̃ ex sepulchro non satis clauso, fœtidum cadauer exit. Inde est quod,

Linguis suis dolose agebant.
Ex tam corrupto animo, frequens nimis malum, vt sint occultæ dolosæq; detractiones, falsæ accusationes, quæ pessimæ linguæ pernitiosæ actiones sunt. Sic est.

Venenum aspidum sub labijs eorum,
Venenum insanabile, vehemens, exitiale, quod aut vix, aut nunq̃ reparari potest. Perdita quidem bona fama difficillime restituitur. Sed & inde quoq; homicidia irreparabilia. Hi sunt

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est,
Quod nunq̃ aut raro bene loquatur aut in deum aut in proximum. Amara sunt quæ loquuntur malæ linguæ & acerba, que ipsam mortem inferũt, rixas & lites & dissentiones excitãt. Est igitur certum est,

Veloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem,

E

Et vi & dolo. Sic aliud non est q̄

Contritio & infœlicitas in vijs eorum.

Contriciones, rapinas, destructiones, infœlicitates, strages, calamitates, mortes inferūt proximo. Hac iniquissima via gradiuntur.

Et viam pacis nō cognouerunt,

Cognoscere noluerunt, quia

Non est timor dei ante oculos eorum.

Hunc omnis infœlicitas. Hæc priora loca non amisimus, in illa perexigua nostra explanatione in Psal. Nulla caro, ijs malis non subdita est. Nemo viuit sine crimine. Si dixerimus quia peccatum non habemus, mentimur. Non est ergo iustus quisq̄. Sub peccato enim sumus omnes. Si autem Iudæi dicere velint, ad eos hæc priora loca nō pertinere, hoc alienum est a veritate.

Scimus autem quæcunq; lex loquitur,

Quæcunq; docet vetus testamentum,

Ijs qui in lege sunt,

Israelitis

Loqui-

Loquitur,

Ad eos maxime.

Vt omne os obſtruatur,

Ne habeat quod reſpondeat vel Iu-
dæus vel Græcus, vt dicere poſſit, ſ
eſſe ſine peccato, & gratia dei non e-
gere. Sileat igitur omnis homo, & ſ
peccatorem agnoſcat.

Et ſubditus fiat omnis mun-
dus deo.

Totus mundus agnoſcat ſe, egere gra-
tia dei.

Quia ex operibus legis, non iu-
ſtificabitur omnis caro corã illo.

Mortalis nemo iure ſibi hoc vendica-
re poteſt, vt per ſola legis opera, et
moralia quecũq;, dignum ſe putet co-
ram deo, quem pro ſua iuſtitia remu-
neret, cum ſit nemo nõ inutilis ſeruus.
Ergo nõ ſibi arroget Iudæus propter
legis opera. Fide etenim querendum
eſt auxilium vltra legem.

Per legẽ enim cognitio peccati.

Quæ magis onerat, neutiq̃ exonerat,
non mundat, quia arguit.

Nnnc autem ſine lege, iuſtitia dei manifeſtata eſt,

Per fidem in Ieſum Chriſtum, mundi redemptorem & reconciliatorem, vt non ſit opus legis ceremonijs, aut illius præceptis, quod ad redemptionem attinet, quia gratis ſine operibus aut vllo merito noſtro, hanc gratiam accepimus. Hæc iuſtitia & miſericordia per fidem declarata eſt, &

Teſtificata a lege & prophetis,

Huius iuſtitiæ teſtes ſunt, quia per legem & prophetas, ab initio & per omnes ætates prædicta eſt, & prænũtiata hæc iuſtitia, vt de ea nemo dubitare poſſit, qui nõ eſt alienus a ſpiritu dei. Si autem queratur inde hæc iuſtitia, reſpondet apoſt.

Iuſtitia autem dei,

Hæc miſericordia dei patris, ad nos venit,

Per fidem Ieſu Chriſti,

In Ieſum Chriſtum.

In omnes & ſuper oẽs qui credũt in eum. Non enim eſt diſtinctio,

Iudæi

Iudæi a Græco. Hac igitur fide opus est, sine qua nihil prodest lex

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei.

Quia sub peccato sumus omnes, a quo non liberamur nisi per gratiam. Hæc est gloria (inquit Christus) quam alij non dabo. humanā scilicet redemptionem attulisse, & peccatori remissionem, pro misericordia dei patris, per illam quam ego attuli reconciliationem. Nemo igitur non peccat, nemo non eget hac gloria, hac gratia, cum non sit peccatorum vlla remissio, nisi per eam. Sic enim sumus,

Iustificati gratis,

Non ex operibus quę fecimus nos, sine vllo nostro merito, in gratiam dei patris recepti,

Per gratiam ipsius,

Qui humano generi ab irato prius deo reconciliatur, nunc in misericordiam benignus deus.

Per redemptionem quæ est in Christo Iesu,

Per quem redempti & gratię restituti

sumus

ſumus. In eo eſt, & ab eo ad nos emanauit, per ipſum eſt, qui præcium pro nobis pependit.

Quem propoſuit deus,

Pater,

Propitiatorem,

Reconciliatorẽ, hunc propoſuit mundo, qui eum propitium faciat mundo & placatum, qui mundo prius iraſcebatur. Et fit quidem hęc placatio.

Per fidem in ſanguine ipſius,

Vt eum mortuum noſtra cauſa credamus, eaq; morte nos redemiſſe, deum patrẽ pro nobis placaſſe, pro nobisq; ſatisfeciſſe. Hęc quidem non fecit, noſtris operibus aut dignitate quoquo modo prouocatus, ſed.

Ad oſtentionem iuſtitiæ ſuæ.

Vt nobis miſericordiam ſuam maniſeſte oſtẽderet, ne ignoremus, qua via iuſti efficiamur.

Propter remiſſionem præcedentium delictorum,

Quæ fit per fidem in eius ſanguinem & mortem, per fidem inq̃ & baptiſmũ, quo tanq̃ cum Chriſto ſepelimur, &

exeuntes renouamur, iam loti in san-
guine eius.

In ſuſtentatione dei,

Per dei patris patientiam. Sic patitur deus pater ſe placari pro noſtris delictis, & diu genus humanum ſuſtinuit.

Ad oſtentionem iuſtitiæ in hoc tempore.

Nunc enim voluit reuelare miſericordiam ſuã, decreto tempore abinitio.

Vt ſit iuſtus,

Quia promiſit, & perſoluit. Eſt itaq; iuſtus.

Et iuſtificans eum,

Pro iuſto & reconciliato eum habet,

Qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.

Qui vere in eum credit, ſe peccatorũ ſcilicet remiſsionem non habere vllo alio modo, q̃ per eum, qui nos reconciliauit, & pro nobis ſatiſfecit.

Vnde ergo gloriatio tua?

Qui Iudæus es, & te iactas omnibus alijs excellentiorem. Plane quidem.

Excluſa eſt.

Ablata eſt, reiecta & extincta, omnis tua gloriatio & iactantia.

Per quàm legem?

Tuam gloriationem exclusam putas? per legem ne

Factorum?

Operum, quæ in veteri testamēto mā=dantur?

Non, sed per legem fidei,

Priorem illam in Iesum Christum, sine qua non iustificant vlla opera, quan=tumuis sancta, quam cum non habeas, exclusa est gloriatio tua.

Arbitramur enim,

Iudicam⁹, & ꝑ vera cōclusione dicim⁹,

Iustificari hominem per fidem,

sine operibus legis,

Per fidem & baptismū, non per circū=cisionem, non per quæuiscūq; alia no=stra opera sine fide. Hæc enim gratia, gratis data est. Neq; id mireris qui Iu=dæus es, si per hanc fidem sine lege vo=centur gentes,

An iudæorum deus tantū? non=ne & gentium?

Hic deus est? plane omnium.

Immo & Gentium.

Solos itaq; Iudæos saluare noluit, saluæ igitur sunt Gentes per legem fi- dei, absq; lege Mosayca, natura legem complentes.

Quoniam quidē vnus est deus,
Omnium & Iudęorum & gentium.

Qui iustificat circumcisionem ex fide,
Qua opus est Iudæo & legē habenti,

Et præputium per fidem,
Iustificat, sine circumcisione, qua non opus est.

Legem ergo destruimus per fidem? Absit.
Diximus enim legem bonam esse. Eam ergo nō destruimus, non tollimus san- cta eius præcepta,

Sed legem statuimus,
Firmamus, stabilimus, quia iam venit qui legem compleuit. Legem non su- stulit, sed consolidauit, necessariam fi- dem legi adijciens. Non enim prodest fides, sine obediētia. Mortua est fides, sine operibus. Inutilis lex est absq; fi- de. Fide recipimur in gratiam. Chari- tatis & bonorū operum solicitudine,

auge-

augetur gratia. Simus ergo factores legis qui Christum agnoscimus, ne dicat pater familias, cur non dedisti pecuniam meam ad mensam?

CAP. IIII. Argumentum.

Abrahæ exemplo, fidei & necessitatem & excellentiam probat, pariter & prophetæ testimonio, nullam scilicet peccatorum remissionem esse absq; fide. Ne ergo glorientur Iudæi, aut de lege, aut de circumcisione admonet. Quæ non in Iudæorum tantum: sed etiam Gentium eruditionem scripta sunt.



Vid ergo dicemus inuenisse Abraham patrē nostrum secūdū carnē? Quid illi additum est per carnalem circumcisionem? quid per solam obedientiam? quid per opera quæ fecit & externam suam iustitiam, qui iustus vocabatur? Aut nihil aut paucum admodum.

Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, gloriā habet, Apud homines, qui eum propter cir-

cumcisionis signum, & externam vitæ modestiam, iustum præ alijs vocabāt, vnde & vos circumcisionem accepistis vestrā, & inde gloriam habetis, & gloriamini apud homines. Sic & Abrahā.

Sed non apud deum.

Nisi fidem dei promissionibus habuisset, quia sibijpsi non dei bonitati, vitam & iustitiam suam imputasset.

Gen.xv. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Eum habuit deus pro iusto, quia non sibi & operibus fidebāt, sed dei verbis & promissionibus. Operabatur autē, sed cum fide. Fides cooperabatur o-

Cap.ii. peribus illius, (inquit D. Iacobus) & ex operibus fides consummata est. Si absq; fide operatus fuisset, inutilia omnia eius opera fuissent. Qui sine fide operatur, deum non agnoscit. Qui sine deo operatur, alienus est a deo. Non igitur a deo quicquam sperare potest.

Ei autem qui operatur,

Sine fide, mercedē querēs ex operib⁹

Mer-

Merces non imputatur ſecundum gratiam.

Non expectat remunerationem a deo propter eius bonitatem, cuius nomine non operabatur,

Sed ſecundum debitum,

Suo iure & proprio merito, ac ſi deo, aliquid miſer homo ita conferre poſſit, vt deum ſibi obliget.

Ei vero qui non operatur.

Vt ſe per opera iuſtificet, quia nō propriæ fidutiæ innititur, ſed dei gratiæ, vel ſi veram fidem apprehendat ſine vllis prioribus benefactis. Ei (inquit) non operanti,

Credenti autem in eum qui iuſtificat impium,

Ieſum Chriſtum, qui impios ab impietate iuſtos facit gratis, & fauori dei patris reconciliat,

Reputatur fides eius ad iuſtitiam,

Vt coram deo patre iuſtus habeatur. Monet autē Chriſtus, vt opera Abrahæ faciatis. Operabatur autē Abrahā

qui pro indubitata fide in verbis dei, promissionis vnicum filium suum mactare nihil hesitabat. Tanta erat eius fides, tanta ex fide obedientia. Ideo eius fides (non sola) reputabatur ad iustitiam, & iustus coram deo habebatur, quia cũ fide operabatur. Sic enim cum fide coniungenda sunt opera quę præcipit deus, pro oblata occasione. Interim iustificat fides, acceptum facit hominem.

Secundum propositum gratiæ dei,

Ita enim suam gratiam proposuit homini deus, vt non suo iure putet se dignum, sed gratia.

Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis,

Illum hominem beatum esse.

Cui deus accepto fert iustitiã sine operibus,

Cui deus remissionis peccatorum gratiam confert, quia per fidem in bonitate eius, non per operum confidentiam velut suo iure, remissionis gratiam

Psal. xxxi sperat. Ait enim Dauid.

Beati

Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates,
Per fidem & gratiam,
Et quorum tecta ſunt peccata,
Per miſericordiam tegit deus peccata noſtra, ne ea nobis obijciat hoſtis. O beatum virum. Hæc eſt hominis vera beatitudo, qui per criminis remiſſionem, gratus eſt deo, particeps effectus æternæ gloriæ. Efficit enim fides, vt accepti ſimus deo, & per fidem, grata ſint ei opera noſtra. Neq; tamen viuit fides ſine operibus, magis q̃ corpus ſine ſpiritu, inquit D. Iacobus. Amicus dei appellatus eſt Abraham propter fidem, ſed remuneratus eſt propter opera, verbis dei obediens, per fidem in promiſſionibus illi factis. Iudæos valde vrget apoſt. in hoc loco ad fidẽ in Chriſtum, propter nimiam eorum incredulitatem.
Beatitudo ergo hæc.
Quæ per fidem adquiritur, & bona opera in fide,
In circumciſione tantum manet, an in præputio?

Pertinet ne ad uos Iudæos peculiariter, an etiam ad gentes?

Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam,

Eo modo quo supradiximus.

Quomodo ergo reputata est?

Quando & quo tempore?

In circumcisione,

Postq̃ circumcisus est?

An in præputio?

Priusq̃ circumcisus est? plane quidem.

Non in circumcisione, sed in præputio.

Non est igitur quod tantopere glorientur Iudæi, de carnali sua circumcisione. Nihil enim confert ad pietatem. Neq; iactent se filios esse Abraham, nisi eius imitatores in fide potissimum sint, pariter et in opere, Amicus quidẽ dei appellatus est Abraham, ante circumcisionem.

Et signum accepit circũcisionis,

Post acceptam gratiam, vt esset.

Signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio,

Vt vere demonstraret vim fidei, quæ iustum efficit, sine circumcisione. Hæc est fidei iustitia, quam accepit adhuc in præputio. Eo quidem signaculo,

Vt sit,

Et habeatur, pater ab imitatione,

Omnium credentium,

Non in circumcisione, sed

Per præputium,

Vt eum non circumcisi, fide imitentur, nullo modo circumcisionem querentes.

Vt reputetur & illis,

In præputio,

Ad iustitiam,

Sicut reputabatur Abrahæ.

Et sit pater circumcisionis,

Abraham, quia primus erat & fide & circumcisione in exemplum,

Non ijs tantum qui sunt ex circumcisione,

Iudæis,

Sed & ijs qui sectantur uestigia fidei,

Qui credũt vt ipse credidit, & obediũt

vt ipse

vt ipse obediuit. Per fidem etenim, Christi diem vidit, & gauisus est. Qui hanc fidem non habet, non potest de beatorum esse numero. Hæc autem fides illa est

Quæ est,

Quæ fuit

In præputio patris nostri Abrahæ,

Quam accepit priusq̃ circũcideretur,

Non enim per legem,

Circũcisionis, aut per legẽ Mosaycã,

Promissio Abrahæ aut semini eius

Facta est,

Vt heres esset mundi,

Pater omnium credentium,

Sed per iustitiam fidei,

Propter fidem suam, non propter legem quæ non dum erat

Si enim qui ex lege,

Per legis obseruationem sine fide,

Heredes sunt,

Abrahæ,

Exinanita est fides,

Inanis

Inanis res est, nihili res est, frustra prę dicatur

Abolita est promissio,

Sublata, irrita est promissio Abrahæ facta, quia defuit fides futuri Christi, qui redimeret, atq; peccata remitteret. Si autem in eo primo patre defuit hæc fides, eius imitatio nihil prodest. Vt autem sciatis quid accepistis a lege vos Iudæi, vt legis operibus nō fidatis,

Lex enim iram operatur,

Non misericordiam, non criminis remissionem, quia peccatum, peccatiq; pœnam ostendit, in nobisq; indignationem potius contra deum, qui eam legem tulit excitat, indicans illud esse peccatum, quod prius non reputabatur, simul & peccatū ob oculos ponit, vehementerq; minatur. Peccatum adauget mirum in modum, quæ concupiscentiam peccatum esse docet. Concupiscentiam nesciebam esse peccatū, inquit apost. Neq; esse peccatum, nisi hoc docuisset lex.

Vbi enim non est lex, nec prævaricatio,

Legis

Legis transgressio nō erat quæ prius nesciebatur.

Ideo ex fide,

Et propter fidem, non propter legem, datur prior hereditas.

Vt secundum gratiam,

Cui hereditatem debemus,

Firma sit promissio,

Quæ Abrahæ facta est,

Omni semini,

Omni humano generi,

Non ei qui ex lege est solum,

Non Iudæis solum,

Sed & ei qui ex fide est Abrahæ,

Sine lege,

Qui pater est omnium nostrum,

Qui eius fidem imitamur,

(Sicut scriptum est

De Abrahamo,

Quia patrem multarum gētium posui te)

Est inquit exemplo & imitatione, pater omnium fidelium,

Ante deum,

Coram deo,

Cui credidisti,

Sermonem ad Abraham vertit.

Qui uiuificat mortuos,

Ex mortuis viuos efficit omnes, qui in eum vere credũt, ex peccatoribus, per suam gratiam pios, ex inimicis, reconciliatos, potens ex mortuis, viuos reddere, id quod credidit Abraham, cum filium vnicum in sterili ætate, in cuius vita, promissionis spes pendebat, secũdum omnem humanum sensum, occidere non dubitabat, postq̃ id præceperat deus, qui ex nihilo omnia fecit. Sic pro voluntate viuificat mortuos deus,

Et vocat ea quæ non sunt, tanq̃ ea quæ sunt.

Non enim refert apud deum, extant ne res quibus vitam daturus est, an extiterint nunq̃, quod ad eius potentiam attinet. Tam quidem facile vacat ea quæ non sunt, vt vitam habeant & crescãt atq; multiplicẽtur, q̃ vt ea quæ sunt

ſunt & extant, augeantur. Hæc erat Abrahæ fides,

Qui contra ſpem,

Omnem humanam,

In ſpem,

Illius rei futurę quę a deo promittebatur.

Credidit vt fieret pater multarum gentium.

Que aliquādo crederēt. Credidit autē,

Secundum quod dictum eſt ei.

Sic erit ſemen tuum,

Poſteritas tua.

Sicut ſtellæ cœli & arena maris.

Immenſa, innumerabilis. Hæc vere credidit,

Et non infirmatus eſt in fide,

Non dubitatus eſt, non hæſitauit.

Nec conſiderauit corpus ſuū emortuum,

Prorſus effœtum.

Cū iam fere centū eſſet annorū,

Impotens per ætatem qui generaret,

Et emortuam vuluam Saræ,

Vxoris

Vxoris suæ per humanũ omnem sensum, omnino sterilem. Tanta erat de promissione dei solida eius fides, supra omnem humanã opinionem, quãdoquidem

In repromissione etiam dei nõ hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide,

Vere corroboratus est fide, in verbis & promissionibus dei.

Dans gloriam deo,

Hilariter obediens dei voluntati cum gratiarum actione, de cuius potentia non dubitauit.

Plenissime sciens,

Indubitata fide,

Quia quæcũq; promisit deus, potens est facere. Ideo reputatum est illi ad iustitiam,

Quod in rebus humano sensu impossibilibus, solidã fidẽ habuit promissionibus dei, & eius volũtati obediebat

Non est autem scriptum propter ipsum,

Solum abrahamum,

Quia reputatum est illi ad iustitiam,

Quod tam solide credidit, id quod forte obijceret quispiam maleuolus,

Sed & propter nos,

Oēs qui credimus aut credituri sumus

Quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis,

Sicut reputabatur Abrahę ad iustitiā,

Qui traditus est propter delicta nostra,

Vt ꝓ nobis deo patri satisfaceret, qui

Et resurrexit propter iustificationem nostram,

Cuius resurrectio declarauit eum esse deum, vt credamus hunc esse Messiam & filium dei, per quam fidem iustificemur, hoc est, accepti & iusti habeamur apud deum. Qui hęc non plene & solide credit, longe est a filijs Abrahæ.

CAP.

CAP. V. Argumẽtum.

Cvm dixerit in priore Cap. de nostra iustificatione, nunc eam pacem & securitatem infert, quam ex ea accepimus, uel in prosperis uel in aduersis. Gratiæ quoq; abundantiam docet, quam ex hac reconciliatione habemus, id quod multis argumentis probat, cum sit mutatum dei odium, in amorem & beneuolentiam erga genus humanum.

IVstificati ergo ex fide,
Quam in priore Cap. explicauimus.

Pacem habemus ad deum,
Patrem nunc benignum, quia nobis reconciliatur,

Per dominum nostrum Iesum Christum,
Qui est propitiatio.

Per quem habemus accessum,
Ad deum patrem, qui nunc benigne nos audit

Per fidem,
In Iesum Christũ, per quem redimus,

In gratiã istam. In qua stamus,
Et confirmamur per gratiam,

Et gloriamur in spe gloriæ filiorum dei,

Quia nos per hanc fidem futuros illi= us glorię filios certo certius speramus. Nisi hanc spem cum fide iunxeris, inu= tilis est fides. Spem, producit fides. Si= ne hac spe, dei fauorem non accipit fides. Prorsus itaq; inseparabilia sunt. Non ergo sufficit sola fides. In hac spe (inquit) lætificamur, per suauem eius memoriam.

Non solum autem,

Propter dulcissimã illam pacem quam speramus.

Sed & gloriamur in tribula= tionibus,

Per illam spem, nihilifacientes huius seculi aduersa omnia.

Scientes quod tribulatio pa= tientiam operatur,

Exercet nos deus ea causa, vt opere= tur in nobis patiẽtiam tribulatio, qua fortiores efficimur, vt viriliter aduer= sus resistamus, & ea non ægre feramus.

Patientia vero

Operatur

Probationem,

Quia dat intellectum frequens tribu= latio

latio, efficiens eum dei semper memo-
rem, & probatum & acceptum deo,
qui patitur.

Probatio autem spem,

Operatur, quia sentit deum operantē
in eo. Non enim habet integram pa-
tientiam sine magna gratia. Qui ergo
per probationem se fortem sentit, cer-
tam spem concipit de magna dei gra-
tia adiuuante. Hæc autem spes, hila-
rem afflictū hominē pro dei negotio,
uel in medijs tribulationibus efficit.

Spes autem non confundit,

Nō pudefacit, quia nihili estimat hu-
ius seculi pudorem, qui pro dei no-
mine affligitur. Causa est.

Quia charitas dei diffusa est,

Largissime dilatata est,

In cordibus nostris,

Quæ nos conseruat, atq; omnium af-
flictionum contemptores efficit

Per spiritum sanctum qui da-
tus est nobis.

Per Christum, cuius ope & virtute ro-
boramur. Non fit igitur nostra virtute,
qui tam longe preter humanas omnes

 vires,

vires,tantam patientiam & in afflictionibus gaudium accipimus per spiritum sanctum. Neq; nos latere potest aliquando hæc ineffabilis Christi charitas ergo nos.

Vt quid enim Christus quum adhuc infirmi essemus,

Iræ filij.

Secundum tempus,

Præfinitum,

Pro impijs mortuus est?

Qua nã alia causa hoc voluit? q̃ quod nos vehementissime amauit?

Vix enim pro iusto quis moritur,

Christus autem pro nobis impijs,idololatris, & inimicis mortuus est.Pauci sunt inter homines, qui mortem obirent,pro iustis quibuscũq; hominibus, vt sua morte quamlibet iustorum & amicorum multitudinẽ a morte liberaret.Si aliquando fit,vix fit, hoc est,rarissime fit.

Nam pro bono,

Et iusto

Forsitan quis audet mori.

Forsi-

Forsitan repertus est vnus aliquis, qui pro iusto, pro amico, qui de eo bene meritus est, morti se obijciat. Audatia magna est, mortalē pro mortali mortem subire,

Cōmendat autem charitatem suam deus in nobis,

Declarat, manifestat,

Quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secūdū tempus. Si, non cōditionem, sed rei veritatem & eius euentū ponit.

Præfinitum.

Christus pro nobis mortuus est,

Quis nescit?

Multo igitur magis nūc iustificati

In gratiam recepti.

In sanguine ipsius,

Per eius sanguinem & mortem,

Salui erimus ab ira per ipsum,

Si antea cum adhuc essemus inimici, suū erga nos amorē tantopere declarauit, quā certā spē (quæso) nobis modo reliquit, vt eū propitiū habeamus?

Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo,

Patri,

Per mortem filij eius, multo magis,

Iam

Reconciliati, salui erimus in vita illius,

Per vitam eius, qui resurrexit propter iustificationem nostram, quem habemus aduocatum, &c.

Non solum autem,

De hoc eius erga nos ineffabili amore gloriamur, vt pro nobis impijs mortuus sit,

Sed & gloriamur in deo,

Qui nũc pater nobis est & mire fauet, nullo nostro merito, sed

Per dominum nostrum Iesum Christum per quem nunc reconciliationem accepimus,

Quia nobis propitius est deus pater.

Propterea sicut per vnum hominem,

Adam,

Peccatum in hunc mundum intrauit,

Et permansit,

Et per peccatum mors,

Intrauit, humanumq; genus effecit damnatione dignum.

Et ita.

Hoc modo & hac causa,

In omnes homines mors pertransijt,

In omnes, quia nemo nō mortalis est. Neq; non morti perpetuæ destinabamur, nisi per hoc reconciliationis beneficium. Per vnum quidem hominem intrauit peccatum.

In quo omnes peccauerunt.

Pro peccatoribus habebantur, ex eo quod infecti sunt posteri omnes, origi nali illo peccato.

Vsq; ad legem enim peccatū erat in mundo.

Et ante legem & per totā legem, huic peccato subditus erat mūdus. Abinitio erat peccatum. Neq; peccatum sustulit lex, sed auxit, illud esse peccatū declarās, quod antea nesciebatur peccatum, peccatiq; pœnam docuit, minatur, terret. Quod igitur ait, vsq; ad

legem, eam quoq; includit. Lex autem vsq; ad Ioannem.

Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.

Tanq̃ ex præuaricatione, cum nõ dum esset præceptum. Nunq̃ tamen nõ erat naturæ lex. Sed & alia nobis ostendũtur peccata, per legẽ scriptã, quę prius non imputabantur. Neq; primũ nunc post legẽ scriptã, mors per peccatum.

Sed regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen,

Vsq; ad legem scriptam quam accepit moyses, p legẽ naturæ regnauit mors, & propter primi parentis peccatum.

Etiã in eos qui nõ peccauerũt, in similitudinẽ pręuaricatiõis Adę,

Quemadmodum peccabat Adam, qui dei præcepto non obediebat. Quod ad damnationis quidem pœnam attinet, totum humanum genus similiter damnabatur originali peccato a ventre materno. Regnauit quidem in omnes infantes mors, per primi parentis pctm̃, qui per ętatẽ nõ peccauerũt. Hic tamẽ ille prim9 Adã præuaricator est,

Qui

Qui est forma futuri,

Tanq̃ imago futuri cœlestis Adam, sed contraria admodum similitudine. Alter enim mortem attulit, alter vitam. Ait enim apost.

Sed non sicut delictum,

Adæ quo mors intrauit,

Ita & donum,

Gratiæ scilicet, & reconciliationis per Christum.

Si enim vnius,

Terrestris Adæ.

Delicto, multi mortui sunt,

Id quod certum est,

Multo magis gratia dei,

Patris,

Et donum,

Reconciliationis per Christum,

In gratiã,

Per gratiam,

Vnius hominis,

Qui nostra causa voluit esse homo,

Iesu Christi, in plures abũdauit,

Multis profuit ad salutem.

Et nõ sicut per vnũ peccatum,

Pri-

Primi parentis.

Ita vt donum gratiæ

Per christum.

Nam iuditium quidē ex vno,

Adam, quod nam iuditium?

In condemnationem,

Per primi parentis delictum, damnamur omnes, exclusi a paradiso.

Gratia autem

Per Christum,

Ex multis delictis,

Ex omnibus tam originalibus, q̄ actualibus,

In iustificationem,

Per fidem in Iesum Christum, vt salutis gratiam recipiamus, & iusti habeamur per gratiam. Argumentum a necessaria ratione.

Si enim vnius delicto,

Creaturę & mortalis hominis.

Mors regnauit,

Atq; vicit mundum,

Per vnum.

Illum primum parentem,

Multo magis,

Qui modo credunt.

Abundātiam gratiæ, & donationis,

Gratis date,

Et iuſtitiæ,

Miſericordiæ,

Accipientes, in vita,

Tam præſenti q̄ futura,

Regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum,

Meſſiam & mūdi ſaluatorē. Cōcluſio.

Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem,

Fuit iudicium,

Sic & per vnius iuſtitiam,

Innocentiā bonitatē & miſericordiam

In omnes homines,

Qui verbo credunt,

In iuſtificationem vitæ.

Donatio gratuita facta eſt.

Sicut enim per inobedientiam vnius hominis,

Adæ.

Peccatores cōstituti sunt multi,
Et morti destinati,
Ita & per vnius obeditionem,
Vsq; ad mortem, mortē autem crucis,
Iusti constituentur multi,
Omnes qui credunt in eum, accēpti in fauorem dei. Non autem per legem, sed per gratiam.
Lex autem subintrauit, vt esset delictum,
Magis ac magis auctum, neutiq̄ sublatum. Vos igitur qui ex lege estis & in lege quiescitis, hanc a nobis doctrin (inquit apost.) accipite, vt pro delict & priore damnatione, gratiam nun per fidem recipiatis. Prius abundaba atq; regnabat p̄mi parētis delictum in generis humani condemnationem
Vbi autem abundauit delictum,
Et pœna delicti,
Superabundauit & gratia,
Per Christum reconciliatorem, vsq adeo quidem,
Vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita gratia regnet,

In omnes vere credentes.

In vitam æternam, per iesum Christum dominum nostrum,

Cui seruimus in totis visceribus. Non est hic in apostolo vlla battologia, qui toties idem repetere videtur, sed vehemens amor in Iudæos, quos vt ad Christi fidē vocet, admodū sollicit⁹ est

CAP. VI. Argumentum.

ABhorrendum a peccato docet, & in uitæ nouitate ambulandum, ut moriamur peccato, & uiuamus Christo Qui peccato obediens est, seruus est peccati. Liberati igitur a peccato, seruiamus deo.



Vid ergo dicemus? Quam vitæ normam seruabimus?

Manebimus in peccato vt gratia abundet?

Faciemus ne mala vt inde veniāt bona? Dixit enim prius, iniquitatem nostram dei iustitiam commendare. Et iterum in priore Cap. Vbi abundauit delictum, superabundauit gratia? Manebimus igitur in peccato.

Absit

Absit.

Querenda est nobis vita, non mors, Peccati autem stipendium mors est, Vitæ igitur aduersatur peccatum. Est quidem vita, mori peccato.

Si enim mortui sumus peccato,

Quia eius consuetudinem per omnia reliquimus, eiq; valediximus, ita vt ab eo simus per gratiam alieni, & tanq mortui, elōgamus nos ab ei⁹ cōmertio

Quomodo adhuc viuemus in illo?

Non potest esse vita in illo, sed ipsa mors. Quænam vita esse potest in morte? contraria sunt, pugnantia, aduersaria prorsus.

An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu,

In eius nomine, per hunc baptismum,

In morte ipsius baptisati sumus,

Hoc est vna cum eo morimur quod ad peccatum attinet, quia mundati sum ab omni peccato per regeneratione

Consepulti enim sumus cum

illo per baptismum in mortem.
Subter aquam immergimur tanq̃ sepulti. Vetus inquit homo iam mortuus ab omni peccato, & sepultus est, in mortem, vt moriantur in eo peccata, moriatur caro, & resurgens viuat spiritus.

Vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriã patris,
Qui eum suscitauit, in suam, & omniũ credentium gloriam,

Ita & nos,
Post baptismum a fonte leuati postq̃ renati sumus, in vitæ puritate surgamus cum Christo, &

In nouitate vitæ ambulemus.
Vt quemadmodum gerimus Christi similitudinem in baptismo, velut mortui & resuscitati, ita & in vitæ nouitate sequamur.

Si enim complantati,
Et tanq̃ in vna arbore coinsiti,

Facti sumus similitudini mortis eius,
Per baptismum, tanq̃ cum eo consepulti,

pulti, & mortui a peccato.

Simul & resurrectionis eius erimus,

Iam quidem viui deo, & mortui peccato, ambulemus in vitæ nouitate, vt simus ei q̃ simillimi,

Hoc scientes,

Et persuasum habentes,

Quia vetus homo noster,

Seruus peccati, caro.

Simul crucifixus est,

Sicut in cruce mortuus est Christus, qui pro omnibus mortuus est, vt credentes omnes a peccatis mũdaret, ita & per baptismum qui Christi morti assimilatur, tanq̃ crucifix⁹, & vere mortuus est vetus noster homo, carnis immũdities, pariter & priora omnia peccata, mortua & extincta sunt. Sic enim crucifixus est vetus homo.

Vt destruatur corpus peccati.

Ipsa caro, & carnalia desideria pereant in nobis.

Vt vltra nõ seruiamus peccato,

Corpus peccati vocat, animalem hominem, peccato fœdatum & illi obedientẽ

dientẽ. Hoc corpus per baptiſmũ de-ſtruitur, & reſurgit nouus homo ſpiri-tualis, & ſpiritui ſubiectus. Exemplum affert de naturali corporis morte.

Qui enim mortuus eſt,

Hac vita functus,

Iuſtificatus eſt a peccato.

Quod ad futurum aliquod peccatum attinet, iuſtus eſt, quia iam non amplius poteſt peccare.

Si autem mortui ſumus cum Chriſto,

Vere a vitijs & peccatis priore ſpiritua li morte,

Credimus, quia ſimul & iam viuemus cum Chriſto,

Si vetus homo iam mortuus, in peccatum non reuiuiſcat, ſi eam habeat ſpiritus virtutem, qui viuit in carne mortua peccato, vt amplius non peccet corpus peccati, ſemel vere mortuũ per baptiſmũ. Hoc autem credimus,

Scientes quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nõ moritur

Quia viuit,

Et mors illi vltra non domi=nabitur,

Amplius non morietur. Vos igitur ad hanc similitudinem semel a peccatis & morte liberati, ne iterum moriami=ni per peccatum, soliciti estote. Christum sequimini.

Quod enim mortuus est,

Christus,

Peccato,

Propter peccatum nostrum, vt in nobis mortificet corpus peccati,

Mortuus est semel.

Huius itaq; mortis beneficium accipiamus. Moriamur & nos peccato semel post deleta peccata nostra per baptismum, non iterum efficiamur serui peccati. Non simus vt sues in volutabro. Semel Christus mortuus est peccato.

Quod autem viuit,

Christ9 deuicta morte & omni peccato

Viuit deo,

Cui per omnia placet, nobis relinquēs exemplum vt sequamur vestigia eius.

Ita & vos existimate.

Omnes

Oēs vos & Iudęi & Græci qui creditis

Vos mortuos quidem esse peccato,

Iam renatos per baptismū, & dei patris fauori recōciliatos per Christum,

Viuentes autem deo, in Christo Iesu.

Per Christum Iesum, qui nostra crimina lauit in suo sanguine & reconciliauit nos deo patri.

Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore,

Vsq; adeo,

Vt obediatis concupiscentijs eius,

Carnis curā ne feceritis in desiderijs, vt vos iterum vincat & in seruitutem redigant, peccatum & caro, & peccati pater diabolus. Resistite fortiter in fide christi. Peccati vires debilitate, spiritum non vincat caro, ne serui peccati sitis. Hæc existimate, hæc vobiscum considerate, ne imperium in mortali corpore vestro habeat aliquando diabolus.

Sed neq; exhibeatis mēbra vestra, arma iniquitatis peccato,

Non sunt instrumenta quæ seruiant peccato, potius & pedem & manum, & oculum abijcite,

Sed exhibete vos deo.

Vt ei per omnia seruiatis, parati estote cū omnibus membris vestris, & corporalibus & spiritualibus.

Tanq̄ ex mortuis viuentes,

Prius mortui per peccatum, nunc autē viuentes per Christum.

Et membra vestra,

Exhibete,

Arma iustitiæ deo,

Vt seruiant iustitiæ & omni virtuti, & placeant deo. Prohibete a malo. Si autem hæc feceritis.

Peccatū in vobis non dominabit̃.

Quod lex docet.

Non enim sub lege estis,

Si hanc priorē fidem habueritis operantem in charitate, & innocentiā seruātem, peccatum quod lege docetur, vestri non dominabitur, cum non faci-

entes

entes quæ lex docet esse peccata, non sitis modo sub lege.

Sed sub gratia,

Liberati a legis minis & terroribꝰ per Iesu Christi gratiam & misericordiam, Qui enim nō subest peccato, nō subest legi, quæ peccatum & eius pœnā docet. Si autem regnet in vobis peccatū, illico dominatur lex.

Quid ergo,

Dicemus si non fuerimus sub lege, sed sub gratia.

Peccabimus, quoniam non sumus sub lege sed sub gratia?

Erit ne liberum nobis impune peccare, a lege liberati?

Absit.

Qui autē adhæret legi relecta fide in Christū, hic sub lege est & sub peccato. Qui vero gratiæ innititur, subditā sibi legē habet. Gratiæ nemo innititur, qui vltra fidem nō studiosus est vt sit liber a lege, a peccato quod in lege docet. Huic non est lex posita, cum eo nihil habet lex negotij. Qui autē manet in pctō, seruꝰ est legis, & eiꝰ dominat̃ lex.

An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam?

Aut seruus peccati, aut seruus iustitię, nullus non est. Legi obedit & ei nimis adhæret, qui quotidie peccans, (nemo sine peccato viuit) misericordiæ fontem, vt per fidem & gratiam remittatur peccatum, non querit. Hic peccati & inobedientiæ seruus est ad mortem. Qui autem obedit gratiæ peccatum agnoscēs, & certa fide in misericordia dei remissionem petens, hic obeditionis ad iustitiam vt iustificetur, & deo acceptus sit, seruus est. Quæ docet apost. in hoc capite, omnibus, qui solā fidem tantopere prædicant, meo iuditio silentium iuberent, illam ne solam fidem sine obedientia in mandata dei apud populum aliquando diuulgent, cum neminem fugere potest, q̄ solicitus sit apost. vt simus innocentes, fugientes a peccato, & bona operantes, post acceptam fidem in Iesum Christum.

ſtum. Ait itaq; apoſt. credentibus.

Gratias autem deo quod fuiſtis ſerui peccati,

Abſq; fide in Chriſtum,

Obediſtis autem,

Nunc, ſeu tandem

Ex corde,

Ex toto animo,

In eã formam doctrinæ,

Ad ſalutem,

In qua traditi eſtis.

Hoc eſt, per euangelij annuntiatores, nunc in formam doctrinæ fidei, traducti eſtjs, in eam (inquit) formam veniſtis, & modo traditi eſtis, edocti, & toti huic fidei dediti, boni imitatores effecti rectæ traditionis. Inde eſt quod gratias ago deo propter vos.

Liberati autem a peccato,

Per hanc fidei doctrinam,

Serui facti eſtis iuſtitiæ,

Quæ eſt ex fide, quia Meſſiam veniſſe agnoſcitis, qui peccata remittat, cuius doctrinæ obeditis. Aurem & intellectũ nunc adhibete.

Humanum dico,

Craſſius ad vos loquor,

Propter infirmitatē carnis veſtrę,

Qui itellectu & tardi, & debiles, & pin-
gui eſtis minerua, faciles ad obedien-
dū carni. Poſthac ne carni, legi, & pctō
ſeruiatis, cauti & ſoliciti eſtote.

Sicut enim exhibuiſtis,

Ante cognitum deum & ſuſceptā fidē.

Membra ſeruire immunditiæ
& iniquitati ad iniquitatem,

De peccato in pctm̄ vere ſerui peccati

Ita nunc exhibete mēbra veſtra
ſeruire iuſtitię, in ſanctificationē,

Tam iuſtum aliud eſt nihil, q̄ vt ſeruia-
mus deo, & præceptis eius obediam⁹.
Hoc eſt in ſanctificationem ſeruire iu-
ſtitiæ, quam deus vult & mandat, vt
ſancti & puri ſimus, eiuſmodi inq̄ qui-
bus pro bonitate parcat deus, ignoſ-
cat, in gratiam recipiat.

Cū enim ſerui fuiſtis peccati,

Ante hāc liberationem a peccato per
Chriſtum.

Liberi fuiſtis iuſtitiæ,

Iuſti-

Iuſtitiæ inimici, ab ea alieni, nec vos cum iuſtitia, nec vobiſcum iuſtitia, aliquid negotij habuit. Alieni eratis a veritate, a gratia, a miſericordia.

Quē ergo fructū habuiſtis tūc,

Cum ſerui eſſetis peccati,

In illis,

Veſtris ſeruitutibus,

In quibus nunc erubeſcitis?

Apertos oculos habētes in veritatem cognoſcendā, ſcientes priorē vitā veſtram nō deo, ſed peccato & omni turpitudini ſeruiuiſſe. Cuius non pudet peccati, & damnationis nō tedet?

Nam finis illorū mors eſt,

Qui peccato ſeruiunt, & abſq; fide, in lege requieſcunt.

Nunc vero liberati a peccato,

Per fidem & baptiſmū, & certam ſpem in reconciliatione facta per Chriſtum.

Serui autem facti deo,

Cui placere ſtudetis abhorrentes a peccato,

Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem,

Huius vitæ vestræ fructus quem acci-
pitis in obedientia ad deum, vos san-
ctos & acceptos deo efficit in hac mo-
mentanea vita.

In finem vero, vitã æternam.
Habebitis & cõsequemini, seu accipi-
etis. Alius longe fructus est ab eo qu-
accepistis a priore vitæ turpitudine.

Stipendia enim peccati mors.
Aeterna quidem, amarissimus fructu-

Gratia autem dei,
Quæ gratis datur credenti & bene o-
peranti,

Vita æterna, in Christo Iesu
domino nostro.

Per Christum qui pro nobis prætium
soluit, vt nos redimat, atq; in dei pa-
tris gratiam restituat. Hic est fructu-
fidei, innocentiæ, & bonorum operum
prout quisquis gessit in corpore, siue
bonum siue malum.

CAP. VII. Argumentum.

*Liberos iudæos a lege, uiri & uxoris similitudi-
docet. Bonã autẽ esse legem, sed per occasionem pecca-
augere. Diuersos affectus in spiritu & carne ostendit.*

AN

AN ignoratis fratres,
Id quod nescire non debetis, vos qui in lege potissimum eruditi estis, & Christi fidem accepistis,

(Scientibus enim legẽ loquor) quia lex in homine dominatur,
Quia nemo non peccat, peccatorem damnat lex.

Quanto tempore viuit?
Lex in carne in veteri homine dominatur, quia caro subiecta est peccato, quādiu hic viuimus, & legi potissimum adhæremus, non liberati per fidem, lex (inquit) dominatur sine gratia & fide in Christum. Tanto tempore viuit lex. Lege autẽ sublata per fidem, non amplius dominatur. Hanc similitudinem considerate.

Nam quæ sub viro est mulier,
Per nuptias.

Viuente viro alligata est legi,
Matrimonij, vt viro scilicet subiecta sit.

Si autẽ mortuus fuerit vir eius,
soluta

ſoluta eſt a lege viri,
Perſpicuum eſt.

Igitur viuente viro, vocabi-
tur adultera, ſi fuerit cũ alio viro
Priore viro relicto,

Si autem mortuus fuerit vir e-
ius, liberata eſt a lege viri,
A priore ſubiectione & vinculo, vſ-
adeo,

Vt non ſit adultera, ſi fuerit
cum alio viro,
Alij nupta. Vobis forte aliud videtu-
quia putatis vos a lege, quæ eſt vob-
loco mariti, quia vobis adhuc dom-
natur, non poſſe liberari. Sed ſimilit-
dinem inſpicite. Nati fuiſtis ſub leg-
quæ in nobis dominabatur, vt in vxo-
rem vir, indiſſolubili vinculo, q̃diu l-
viuebat, ante legis gratiæ aduentu-
quæ tollit & mortificat vim legis v-
ſtræ, cui quondam toti adhærebatis.
Nunc autẽ extincta legis virtute, Ch-
ſto & eius gratiæ copulati eſtis.

Itaq; fratres mei,
Iudæi qui in Chriſtũ creditis, & pri-
le

legi adhæsistis.

Et vos mortificati estis legi per corpus Christi,

Liberati estis a lege per mortem corporis Christi, quod pro nobis moriebatur. Mortificati estis legi, quia mortua iam lex, in nobis non potest dominari. Quod ad legem itaq; attinet, & vobis lex mortua est, & vos legi tanq̃ mortui estis, postq̃ in vobis non potest dominari, quia iam facti estis noui homines, cũ Christo cõsepulti, alieni a legis ceremonijs, obliti prioris domus patris vestri.

Vt sitis,

Iam nõ amplius legi subditi tanq̃ vxores viris, sed

Alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo,

Huius alteri⁹ christi scilicet, q mortu⁹ est p vobis, & ex mortuis pp ter iustificationẽ vestrã resurrexit, vt ecclesiã suã sibi copularet, hui⁹ inq̃ eritis, nõ vt secũdũ carnẽ fructificetis, sed vt meliorẽ fructũ afferatis deo, q̃ prius in lege potueratis, i qua nõ aliud docet q̃ pctm̃,

mors

mors & damnatio, hic autem gratia & vita æterna.

Cum enim essemus in carne,

Spiritum fidei ignorantes, ante fidem gratiæ, & secundum carnem, vel iuxta carnales affectus viueremus,

Passiones peccatorum,

Mali affectus, & carnales cupiditates,

Quæ per legem erant,

Declarati & adaucti,

Operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti,

Nostri damnabantur producentes opera morte digna,

Nunc autem soluti sumus a lege mortis,

Quæ mortem & damnationẽ docuit,

In qua detinebamur,

Et ei subditi fuimus vt serui domino aut vxor marito. Nũc autem soluti sumus a lege, minis & terroribus illius, & ab eius veteri obseruatione.

Ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.

Deus enim spiritus est, & spiritu ado

retu

retur opportet. Nō igitur literæ carnē illam crassam, sed suauissimum internum succum, spiritualem sensum accipiamus et in eo exerceamur, et seruiamus deo. Hæc est, in his qui credunt, spiritus nouitas, quam attulit & docuit Christus. Omnia prius erant in figuris. Literæ vetustas sine spiritu occidit, quæ metū & terrorē, & desperationē habet, nullā autē cōsolationem.

Quid ergo dicemus? lex peccatum est?

Si peccatum, ergo malum.

Absit.

A deo quidem homini datur, a quo omne bonum, qui nullius mali auctor est. Lex igitur bona est,

Sed peccatum non cognoui, nisi per legem nam concupiscentiam nesciebam,

Haberi pro peccato, & esse peccatum.

Nisi lex diceret, non concupisces.

Lege naturæ, aliud peccatū non cognoui, q̄ fœdum aliquem actum, & ex-

 ternum

ternũ delictum. Neq; tamen lex nõ bona est, quæ peccatum fugiendũ docet.

Occasione autem accepta,

Per mandati inobedientiam, quia nitimur in uetitum, & corrupta natura contrario illi mandato, non sistitur, sed magis excitatur. Hoc enim est quod ait, occasione accepta, non a lege, sed a nobis metipsis.

Peccatum per mandatum,

Factum a lege,

Operatum est in me, omnem concupiscentiam.

Promptior enim propter mandatum et excitarior factus sum, ut malum concupiscam. Omnem autem malam concupiscentiam, peccatũ esse docuit lex. Prius erat mali seminarium in corrupta natura, at incognitum adhuc esse peccatum. Postq̃ autem uetitum est adaucta est in tam corrupta natura, peccandi voluptas.

Sine lege enim peccatum mortuum erat.

Sine legis prohibitione, ítanq̃ mortuũ, quia incognitũ erat cõcupiscentiæ peccatum, Non dum natũ erat apud ho-

mines

mines, nullā vim habuit. Me quoq; la-tuit, inquit apost.

Ego autem viuebam sine lege aliquando,

Vel personā eorū qui ante legē erāt, induit hic apost. uel semet cū adhuc p̄ ętatē cognoscere non potuit, intelligit.

Sed cum venisset mandatum.

Et eius cognitio p̄ legē mihi data est.

Peccatum reuixit.

Quod prius mortuū videbat, et incognitū hominib9. peccatū erat prius, sed nō imputabat homini incognitū. Reuixit itaq; peccatum in me, et p̄ legis prohibitionem, me mortis quidē metu affecit, quia docet et accusat lex, Non enim modo peccatū esse, sed pro peccato, damnationē docuit lex. Reuixit itaq; peccatum.

Ego autem mortuus sum.

Legis metu et per legē mortuus mihi videor, quæ dānationem sine quauis consolatione docet.

Et inuentum est mihi mandatum quod erat.

Datum.

Ad vitam.

Prohibens quod malum est, & sanam viuendi normam docens, quam seruare non potui.

Hoc esse ad mortem,

Hoc in me operari mortem,

Nam peccatum occasione accepta per mandatum,

A lege, cui non obediebam, neq; potui obedire per omnia.

Seduxit me,

Non lex, sed cōcupiscentia ex corrupta natura mea, quæ malum facilius sequitur, cum prohibetur.

Et per illud,

Mandatum,

Occidit,

Me damnatione dignum docuit. Natura igitur & corrupta nostra volūtas, damnationis in causa est, non ipsa lex, quæ quod bonum est docet.

Itaq; lex quidem sancta, & mādatū sanctum, & iustū, & bonū.

Quia vetat quæ turpia & fugienda sunt, deo ingrata, & ea docet que deo placent: honesta & saluti vtilia.

Quod ergo bonum eſt,

Abſolute quidem bonum, datū a deo.

Mihi factum eſt mors?

Ipſa ne lex in cauſa eſt?

Abſit, ſed peccatum,

In cauſa eſt, peccatum meum contra legis prohibitionem,

Vt appareat peccatum,

Iam non incognitū per legem, & peccatum eſſe ad mortem propter præuaricationem. Sic enim

Per bonum,

Hoc eſt per legem ſuapte natura bonam, legis mandatum.

Operatum eſt mihi mortem,

In condemnationem, vſq; adeo,

Vt fiat,

In me,

Supra modum peccans peccatum per mandatum.

Hoc eſt, adauctum admodum peccatum in me. Id eſſe videtur quod ait peccans peccatum. Peccans enim peccatum ait, quando in concupiſcentiæ peccatum, multo vehemētior eſt pec-

cator post prohibitionem, q̃ prius. Nõ potuit prius concupiscẽtia in malum, non esse peccatum, hoc est, non potuit honesta conscientia, nõ sentire maculam ex corrupta animi cogitatione, sed post prohibitionem, in corrupta nostra natura in malum prona, et quę non cohibetur sed irritatur mandato et prohibitione, viuatior et in nobis longe promptior et irritatior est concupiscentia. Creuit enim ualde per prohibitionẽ, Mãdatũ autẽ bonũ est.

Scimus enim qd lex spiritualis est

Diuina sapientia tradita, quę deo placentia docet, atq; vt viuamus secundum omnem honestatem.

Ego autem carnalis sum.

Hoc ait apost. in peccatoris persona, qui secundum carnem uiuere cupit, uel in persona generis humani. Est enim carnalis et corrupta natura nostra Sic ait. Carnalis (inquit) sum.

Venundatus sub peccato.

Tanq̃ peccati emptitius seruus essem meapte natura, in quẽ omnẽ potestatem habeat peccatum. Palã quidẽ est

Quod enim operor, nõ intelligo.

Quia

Quia meç potestatis non sum, spiritũ vincit caro. Me totũ possidet peccatũ. Prope a spiritu animum alienauit. Nõ tamen relinquor sine sensu, vt non me vrgeat conscientia, sciens malum esse quod operor. Id quod ita tamen scio, ut sano intellectui obedire nequeam.

Non enim quod volo bonum,

Spiritu admonitus,

Hoc ago, sed quod odi malũ,

Sano intellectu.

Illud facio.

Quod bonũ est, nõ me latet, spiritumq; sentio qui uelit bonũ, atq; malũ odio, habet. Nihilominus tam carnalis sum, vt faciam quod oderit spiritus. Sentio etenim duos in me affectus, per omnia aduersarios, et spiritu fortiorẽ carnẽ.

Si autem quod nolo.

Per interiorem hominem.

Illud facio.

Victus a carne.

Consentio legi.

Legis doctrinã probo, quç me docet intus per spiritum non concupiscere, et sentio per eundem spiritum.

Quoniam bona est lex.

Quæ

Quę fœdas concupiscētias prohibet, honesta docet.

Nunc autem iam non ego operor illud.

Quod malum est et peccatum, cui inte rior homo repugnat, et hoc malū odit

Sed quod habitat in me peccatum,

Peccati violentia quæ mihi dominatur, & carnem meam illi pronam et sub ditam habet hoc inq̄ malū me inuito operatur. Nec est in mea potestate ut illi resistā. Carnem enim spiritu fortio rem efficiunt peccati illecebræ, & carni suauis concupiscentia.

Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum,

Quia caro in malum et prompta et pa rata est semper. Alium tamen in spiritu interiorem affectum habeo.

Nam uelle adiacet mihi.

Adest aliquando voluntas ut faciam bonum.

Perficere autem bonum non inuenio.

Me

Me latet recta illa via, quam lex non docet. Malum autem et mali pœnam docet. Non itaq; iuuat lex, voluntas mea per solam legem inefficax est.

Non enim quod uolo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago,

Quia nō me iuuat gratia spiritus, quæ non datur per legem, neq; iuuare potest lex, nisi credentem. Renitente igitur spiritu (qui nemini non adest) hoc ago quod nolo.

Si autem quod nolo,

In spiritu et per spiritus admonitionem, nihilominus,

Illud facio,

Per carnis promptitudinem,

Iam non ego operor illud,

Per spiritus voluntatem, qui hominis præcipua pars est.

Sed quod habitat in me peccatum,

Carnem subditam habens, quantumuis alia sit interna voluntas.

Inuenio igitur legem,

Quę ea quę bona sunt, docet.

Volenti mihi facere bonū:

Id quod adimplere non valeo,

Quoniam mihi malum adiacet,

Carnis mala pronitas, quę fortior est uoluntate ex spiritu, hæc peccati violentia mihi adest & me vincit. Me tamen monet alia volūtas ex spiritu.

Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem,

Qui spiritualis est, et spiritui obedire cupit. Legis præceptum & sanum & bonum esse agnoscit spiritus cui adiacet velle et delectat se illa voluntate, cupit perficere.

Video autem aliam legem in membris meis.

Carnalem, pronam, et in peccata fortem sentio.

Repugnantem legi mentis meæ,

Spiritui et sanę voluntati, uere hostem,

Et captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis,

Membra, pro ipsa tota carne pecca-

to dedita & ſubiecta, ponit, *Sic cap-tiuatur* carnalis homo, & in peccati ſeruitutem illaqueatur. Poſtq̄ huius rei periculum docuit apoſt. & hominis imbecillitatem, nūc vt omnes ſuo doceat exemplo, exclamans, remedium et querit et indicat, Nemo ex ſe non infelix, cum ſit nemo non peccator. Ait ergo.

Infelix ego homo.

Animalis homo ex me, qui tantopere vrgeor, & quem peccati ingens metus torquet.

Quis me liberabit de corpore mortis huius?

De hoc corpore, peccato et morti iam ſubdito. Inueſtigandum eſt hoc auxilium. Reſpondet apoſt.

Gratia dei per ieſum chriſtum dominum noſtrum.

Aliud nullum refugium eſt, alia nulla ſalutis ſpes, q̄ per fidem in gratia et benignitate dei patris, nobis acquiſita per ieſum Chriſtum qui nos recōciliauit, & a legis formidine per miſeri

cordi-

cordiā liberauit. Caueat quisquis est, nimium ne sibi fidat aut arroget, cum sit nemo ex se tutus ab hoc intestino inimico. Ait enim apost.


Ego igitur ipse, mente seruio legi dei,

Quia uelle adiacet,

Carne autem legi peccati.

Carnem exuere nequeo, ut aliquando non stimulet. Spiritu quidem delectat me gratia dei, illi seruire cupio. Benigne agat nobiscum deus, orandum est semper, ut carnis stimulos, vincat spiritus. Quis non pspicit in hoc cap. miram apost. solicitudinem, ut iudæos a carnalis legis sensu abducat, ut in lege non quiescant, sed vltra pspiciant in gratiam oblatam per christum iesum.

Amen.



CAP. VIII. Argumentum

PErstat in eodem, ut probet aperteq; doceat fidei uirtutem & necessitatem in christum, carneq; subacta, ut uiuamus secundum spiritum, diuersitatem ponens, Inter exitiosam prudentiã carnis, & sanã prudẽtiã spiritus, quæ libertatẽ a priore legis timore præstat. huic fidei addatur spes necesse est. Ad hanc ueram fidẽ prædestinatos uocat, ut sint heredes dei, coheredes autem christi. Qui hãc prudentiã habet, ea charitate seruet erga deum, ut eu separare possit nulla rerum tribulatio, nulla aduersitas, nullus persecutionis metus.



Ihil ergo nunc dãnationis est.

Bene credẽti et per charitatẽ operanti, quia liberauit nos christus de corpore mortis huius, de peccati seruitute. Hoc beneficium, attulit ipse.

Iis qui sunt in christo iesu.

Per fidem qui in eum uere credunt, pariter et iis.

Qui non secundum carnem ambulant.

Hoc sæpe ingerit D, Paulus haud dubie

bie vt saluti rem necessariam, declina-
te scilicet a malo, et facerem bonum,
vt cum fide, vitæ innocentiam et cha-
ritatem coniūgamus, ne inutilis et ue-
re mortua sit fides. Cur autem nunc
damnationis nihil est, docet apost.

Lex enim spiritus uitæ.

Lex euangelica.

In Christo iesu,

Per Christum iesum,

Liberauit me a lege peccati et
mortis.

Quæ docebantur et minabantur in le-
ge mosayca, loquitur apost. in huma-
ni generis, atq; cuiusuis credentis per-
sona. Est vero lex mosayca, quæ docet
peccatum, & sine ulla consolatione,
peccati stipendium, mortem. Lex au-
tem euangelica, lex vitæ est, cum nulla
sit uita, nisi in eam credenti, quæ uiam
vitæ hoc est, ad uitam perueniendi per
fidem et gratiam, docet. Qui per hoc
ostium non intrat, alienus est a vita.
Hoc enim præstaræ nullo modo po-
tuit lex mosayca, sed uere præstat lex
euangelica.

Nam

Nam quod impossibile est legi, in quo,

Hoc est, in ea parte, qua,

Infirmabatur per carnem,

Ne liberationem a peccato præstaret, cum esset crassa et carnalis lex illa, quæ carnis uitia prohiberet, spiritus uero consolationem afferret nullam,

Deus

Pater.

Filium suum mittens

Vere misit,

In similitudiuem carnis peccati.

Quia fuit vere homo, mortalis, sed nõ alijs hominibus per omnia similis, qui peccatum non fecit, filiũ vero suũ in eam similitudinem misit deuspater

Et de peccato damnauit peccatum in carne.

De christo et per christũ qui peccatum esse videbatur, hoc est, homo peccato subditus, per eũ et mortẽ eius, in carne, hoc est, in ipso, et per ipsũ hominẽ, dãnauit de⁹ pater peccatũ, in ijs oib⁹ qui

qui ſunt in chriſto ieſu, quia peccatum remittit deus pater propter ipſum, hominem factum et paſſum, et exulat peccatum et omnis peccati pœna.

Vt iuſtificatio legis.

Imperfectæ,

Impleretur in nobis,

Qui credimus in eum, qui eſt legis conſummatio. Neq; ulla eſt aliunde iuſtificatio apud deum, ut pro iuſtis habeamur contra legis moſaycæ terrores et minas, q̃ per hanc fidem, quæ per charitatem operatur, et per innocentiam, quæ declinat a malo. Non ait apoſt. hominem implere legem, ſed iuſtificatio quæ nobis neceſſaria eſt, ut a legis damnatione liberemur, et accepti ſimus deo, impletur in nobis per eum qui peccatum damnauit de peccato.

Qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundũ ſpiritũ.

Nihil enim minus tutum eſt, q̃ ut in ſola fide, ſpem noſtram conſtituamus, niſi abdicatis carnis illecebris, ſpiritus conſilium in uita ſequamur.

Qui ſecundum carnem ſunt,

Anima:

Animales homines, carnis desiderijs dediti,

Quæ carnis sunt, sapiunt,

Non ad sobrietatem, sed ad luxum, nõ ad castitatem, sed libidinem, non ad pacem, sed contentionem, non ad amorem, sed odium, non ad veritatem, sed dolum, fraudem, imposturam, detractionem, omnem simulationem & dissimulationem non ad iustitiam, sed iniquitatem sapiunt, tanq̃ abhorrentes ab omni spiritus virtute.

Qui vero secũdũ spiritũ sunt,

Cœlestem conuersationem cupientes,

Quæ spiritus sunt, sentiunt,

Carnalia desideria fugiunt, in simplicitate, in innocẽtia, in veritate, in mansuetudine, in omni pietate cum primis gaudent. Carnis omnem prudentiam ablegant.

Nam prudẽtia carnis mors est,

Aeternam mortem infert. Diuitias autem qualescũq;, honores, vanam gloriã corporis voluptatẽ, vindictam de inimico, timeri pro nimia potestate, glorificari ab omnibus, alios fallere, eos

iniuste priuare bonis,omnia deniq; pro libidine agere exigit peroptatq; carnis prudentia. Hi sūt huius seculi prudentes filij,filijs lucis prudentiores.

Prudentia autem spiritus, uita et pax.

Pacatam et quietam conscientiam præstat, futuramq; æternam vitam, quia sentit ea quę secundum spiritum sunt, Mors autem a carnis prudentia,

Quoniam sapientia carnis inimica est deo.

Et odio habet hos peccatores deus, qui carnis sapientia delectantur, cum sint deo rebelles et inobedientes per omnia,quæ deo et eius voluntati contraria sunt, querentes et sectantes.

Legi autem dei non est subiecta.

Carnis sapientia, quia non vult, bellum velud agens cum dei sanctissimis præceptis, deo uere inimica, quem odio habet,veltq; neq; legem neq; deum esse. Non est ergo subiecta legi.

Nec enim potest.

Tam

Tam contraria sunt sapientię carnis et sapientia spiritus.

Qui autem in carne sunt.

Carnis affectibus seruientes.

Deo placere non possunt.

Deum etenim odio habēt, eosq; odio habet deus. Versus autem ad fideles, ait apost.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu.

Quia spiritualem intelligentiam de christo accepistis, legis literę mordicus non adhęretis, christo per fidem copulati estis.

Si tamen spiritus dei habitat in vobis.

Quia manetis in fide et charitate, effecti iam templum dei.

Si quis autem spiritum Christi non habet.

Aut propter incredulitatem, aut carnalem vitam.

Hic non est eius.

Ad christum non pertinet, alienus a spiritu eius.

Si autem Christus in uobis est
Per fidem et charitatem.

Corpus quidem mortuum est propter peccata.
Hoc est, caro ipsa prona in peccatum, tanq̃ mortua se submittit, quia spiritus eo iam fortior est per gratiam, ut peccato mortuum sit corpus, in quo non potest regnare.

Spiritus uero uiuit, propter iustificationem.
Quia gratus est deo, carnem vincens, viuit deo, viuit per fidẽ, spem et charitatem, viuit iam totus homo quia spiritui subiecta est caro.

Quod si spiritus eius qui suscitauit iesum a mortuis,
Qui spiritus est patris, spiritus filij, spiritus ipse deus,

Habitat in uobis,
In spiritu uestro cui placere studetis, ille idem spiritus.

Qui suscitauit iesum Christũ a mortuis, viuificabit,
Non modo spiritum vestrum, sed

Et mortalia corpora uestra.

Non propter merita vestra, sed.

Propter inhabitantem spiritum eius in uobis.

Cuius gratia seruamini. O ineffabilem promissionem, ut eorum et animæ et corpora perpetuo uiuant.

Ergo fratres debitores sumus,

Propter hoc maximum beneficium.

Non carni.

Nulli homini, nullis meritis nostris, nulli rei mortali,

Vt secundum carnem viuamus.

Vt carni placere studeamus, id quod non vitam, sed mortem affert.

Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.

AEterna morte.

Si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis.

Secundum spiritum viuentes,

Viuetis,

Et corpore, & anima.

Quicunq; enim spiritu dei aguntur.

Quos dirigit spiritus sanctus, quia mortuum est corpus peccato, et viuit homo in sanctificatione,
Ij sunt filij dei.
Iustificati, grati, et accepti deo quos vere diligit, qui vult redamari.
Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,
Vt in lege mosayca, quæ sine ulla consolatiōe, minas et terrores incutiebat.
Sed accepistis,
Nunc per christum,
Spiritū adoptionis filiorū dei,
Vos adoptauit, & in filios elegit deus pater, omnes qui in christum creditis,
In quo,
Spiritu seu propter quod donum sine vllo timore, quoties opus est (opus est semper quidem) ad deum patrem,
Clamamus.
Et eum inuocantes dicimus.
Abba,
Idem quod,
Pater.
Hac appellatione quam attulit christus

stus, vt deum simus ausi patrem uocare, qui non est alienus a gratia, et deū diligit, et sperat impetrare quod petit

Ipse enim spiritus dei.

Qui habitat in nobis.

Testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii dei,

Intus per fidem occulte nos docet, ne quoquo modo dubitemus,

Si autem filii.

Efficimur per christum, simul,

Et heredes

Huius filiationis vere efficimur.

Heredes quidem dei.

Patris, quia eius filij.

Coheredes autem christi.

Per adoptionem eius fratres.

Si tamen compatimur

Si eius vestigia contra omnes aduersarios, carnem, mundum, et diabolum, fortiter in fide et viriliter in patientia, sequi studeamus.

Vt et conglorificemur.

Simul cum eo ęterna gloria fruamur,

Non ergo deterreant nos huius mundi persecutiones aut quæuis aduersa, sed ea libenter pro christi nomine sustineamus.

Existimo enim.

Et uere sentio

Quod non sunt condignæ passiones.

Et omnes afflictiones.

Huius temporis.

Huius momentaneæ vitæ,

Ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Vt eam nostro iure petamus vel vt pro momentanea patientia, æternam gloriam perdamus. Hæc est gloria quam neq; oculus uidit neq; auris audit. Illa igitur gloria, gratia est, non debitũ. Hanc postremam reuelationem, optat omnis creatura, non solum homo.

Nam expectatio creaturæ,

Cuiuscunq;.

Reuelationẽ filiorũ dei expectat,

Suo quidẽ more. Ideo autẽ expectat atq; optat omnis alia creatura hãc reuelationem,

Vanitati

Vanitati enim,

Hoc est, interim defectioni & corruptioni.

Subiecta est.

Post hanc autem reuelationem, noua erit terra, nouum cœlum, corruptionis nullus erit metus. Interim quod uiuit, corruptibile est.

Non volens.

Velit nolit, corruptioni, senio, seruituti, omnis creatura subiecta est, cum sit nulla quę homini non seruiat, uelit nolit, dei decreto, naturę domino. Vanitati subiecta est omnis creatura, quia mutabilis est, uelit nolit. Hęc omnia patitur muta et insensibilis creatura, non volens, quia nullam habet voluntatem, hęc tamen exspectare et optare videtur vi naturę, ne perpetuę vanitati subiecta sit. Sic deo benedicit, et deum suo more laudat omnis creatura. Exspectat creatura non volens nō propter suam voluntatem quæ nulla est.

Sed propter eum.

Et eius voluntatem,

Qui subiecit eam.

Corruptioni et seruituti, sed,

In spe.

Incorruptionis aliquando,

Quia et ipsa creatura.

Rationis expers, muta et insensibilis.

Liberabitur a seruitute corruptionis.

Post illam reuelationem.

In libertatem gloriæ filiorū dei.

Quia non vllam amplius defectionem patietur, non vllam seruitutem, seniū, aut corruptionem. Hanc gloriam habebit cum filiis dei muta illa creatura Hanc itaq; reuelationem exspectat, vehementer futuram optat. Ait quidem apost.

Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit.

Pro huius rei magno desiderio.

Et parturit vsq; adhuc.

Interim angitur in mulieris parturientis modum.

Non solum illa.

Prior muta igitur creatura ingemiscit & parturit,

Sed

Sed & nos ipsi.

multo magis ingemiscimus aut ingemiscere debemus, vt cito & breui illã reuelationem accipiamus.

Primitias spiritus habentes.

Qui longe precipuas et potiores partes optimi et sanctissimi spiritus habemus, primarie et prestantiores creaturę, qui intelligimus, et verbo dei de illa reuelatione et gloria docemur, pariter et fide illã interim comprehendimus, aliam habituri gloriam, q̃ illę creaturæ. Nos igitur,

Et ipsi intra nos gemimus,

Qui maiorem causam habemus, huius futuræ reuelationis certam fidem habentes.

Adoptionem filiorum dei exspectantes,

Nobis promissam, quam per christum speramus.

Redemptionẽ corporis nostri

Vt a corruptione ad incorruptionem, ad incomprehensibilem gloriam transferamur, corpore et anima. Hæc est gloria quæ tunc reuelabitur.

Hic

hic est huius adoptionis omni optatissimus fructus, quem per certam fidem, certa spe exspectamus.

Spe enim salui facti sumus.

Quia quod nō uidemus, intra nos per fidem et inhabitantem in nobis spiritum sentimus. Sine hac spe, nulla est salus.

Spes autem quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat?

Spe non est opus. Eiusdem itaq; qualitatis in hac vita sunt, fides et spes, vsq; adeo, ut sine alterius interitu, alterum ab altero separare non queas.

Si autem quod non uidemus speramus,

Vere & constanter per fidem ex verbo dei sumptam,

Per patientiam exspectamus

Efficit enim certa spes et adeo consolatur, vt non sit interim nobis grauis eius rei dilatio, quam tantopere cupimus. Neq; tamen non multum interim patimur, pro auiditate eam rem habendi, quam tantopere auemus. Sic

inge-

ingemiscimus Paulo ante Neq; esset patientia, si non urgeret anxietas.

Similiter autem et spiritus,

Ille sanctus

Adiuuat infirmitatem nostram.

Præter illam aut fidem aut spem nostram, ut illesa sit patientia nostra. Alias quidem ex nobis Infirmi et imbecilles nimis sumus, ut eam certam spem atq; patientiam habeamus, nisi iuuaret spiritus sanctus, qui spiritui nostro dat robur, ut (inter huius mundi tot miserias) futuram gloriam suauiter expectemus.

Nam quid oremus.

Quid adeo precemur.

Sicut oportet nescimus.

Obtusiores sunt nostri sensus in hac carne, et imbecilliores, q̃ ut hæc perspicue intelligamus. Non est igitur in nostra scientia, sicut decet, sicut oportet, et ad ipsam rem vere pertinet, or re et petere, nisi nostrum infirmum spiritum carnis pondere impeditum adiuuet spiritus sanctus. Non est caro quæ postulat, quæ vere nescit quid postulet,

Sed

Sed ipse spiritus.

Illius hominis qui rectę orationis do‑ num accepit.

Postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.

Nõ vniuscuiusq; spiritus sed spirit⁹ inq illius, cui orationis donum & scientiã impertitur deus. Erant enim in christi nascenti ecclesia, baptisatis & quibus manus imponebatur per apostolos & christi discipulos, singularia dona sin‑ gulis multis data, vt alij prophetię, a‑ lij interpretationis, alij orationis do‑ num acciperent. Quibus autẽ hoc da tum est, illi, ut oportuit orabant, e‑ docti a spiritu sancto, simul et alios do cebant, orationis illam normam. Cui autem hic spiritus datus est, eius spi‑ ritus, sancti spiritus auxilio, postulat pro omnibus fratribus tam ardenter, vt etiam gemat vltra q̃ verbis narrari possit. Hoc orationis donum non cui‑ uis datur. Nescimus ergo quid orare oporteat, nisi iuuet spiritus.

Qui autem scrutatur corda.

Spiritus sanctus.

Scit quid desideret spiritus.

hominis,

Hominis, & desiderare debeat,

Quia secundum deum postulat pro sanctis.

Quæ grata sunt deo, pro sanctis et fidelibus orat, quem docet spiritus sanctus, Non omnibus hoc datũ est,

Scimus autẽ quoniã diligẽtibus deũ, omnia cooperantur in bonũ

Vt bonum cooperetur spiritus hominis, cũ gratia et auxilio spiritus sancti Sed hoc datum est.

Ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti,

Qui per gratiam electi sunt.

Nam quos præsciuit

Deus, de electorum numero futuros.

Et prædestinauit.

Eosdem pro sua gratia consolidauit & constabiliuit, eosdem præordinauit,

Cõformes fieri, imaginis filij dei,

Vt sint christi boni imitatores.

Vt sit ille.

Christus filius dei.

Primogenitus in multis fratrib⁹.

Ideo quosdam præordinauit deus, ut sint filij eius, & christi fratres. Hi sunt

sunt ex electorum numero pauci quidem electi, multi quis vocentur. Se esse ex hoc numero, nemo prius non sperat qui pro pietate studiosus est, vt in sanctæ uitæ conuersatione deo placeat. Hac spe nemo vacat, nisi flagitiosus. Quos uocat deus atq; elgiit, arcanum est, Desperet nemo, se electū esse. Qui desperat, electione indignus est. Qui secundum carnem uiuit, eaq; uita se delectat, alienus est ab omni bona spe

Quos autem prædestinauit,

Præordinauit deus.

Hos et uocauit.

Non frustra, nam,

Et quos uocauit, hos et iustificauit,

Vt iusti fierent conseruauit.

Quos autem iustificauit, illos et glorificauit.

Quia conseruauit: ut gloria digni essēt

Quid ergo dicemus ad hæc?

Sic voluit deus.

Si deus pro nobis, quis contra nos?

Non

Non totus mundus, non inferni portæ Deum itaq; oremus, & quidem assidue vt eius gratia muniamur, & fortes efficiamur in patientia, cum sit nemo qui pie viuere studet, qui persecutionem non patitur. Iam deus pro nobis est.

Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Vt factus homo pro nobis moreretur, cuius morte, prius iratum nobis deum patrem reconciliauit, qui nobis nunc propitius est. Quod cum ita vere sit,

Quomodo non etiam cum illo, omnia nobis donauit?

Quia nunc amat nos deus pater, qui veterem hominem per filium deleuit. Hic est filius eius dilectus, cui pro nostra salute non pepercit, & cum hoc ineffabili dono, pro suo amore erga nos, tutos conseruat, quos vocat & præordinat.

Quis accusabit aduersus electos dei? deus qui iustificat.

Neutiq̃ plane, quia benignus pater propter filium, eos iam in familiam

elegit. Alius nemo potens est eos accusare, quos iustificat et pro iustis habet deus. Si autem quis accusare uelit

Quis est qui condemnet? Christus iesus qui mortuus est?

Pro eiusmodi electis & iustificatis? Quos redemit ipse sua morte, electos prędordinauit & iustificauit, iustos conseruauit, eosdē condemnaret ne? quid absurdius? Neq; modo . mortuus est pro nobis.

Immo qui & resurrexit,

Vt iustificemur.

Qui est ad dexteram dei,

Patris, potens vt suos tueatur.

Qui etiam interpellat pro nobis:

Non est ergo quod eius iuditium timeant electi, quos habet pro fratribus pro quibus interpellat. Pios omnes animat apostolus, vt certam & letam atq; securam spem habeant, & in dei patris bonitate, & in filij redemptoris benignissimo amore. Nullus ergo bene sperare non potest, qui seipsum ab omni spe non separat. Seipsum prorsus separat, qui secundum carnem viuere

uere delectat. Deum habemus pro nobis, si deum dilexerimus. Deum nemo diligit, qui non studiosus est, vt eius voluntatem faciat. Deum ergo diligere discamus hic ab apostolo, qui ait.

Quis ergo nos separabit a charitate Christi?

Per quem salutem ipsam, & omnia bona accepimus. Quis eũ non ardentissime & constantissime amet, pro eiusq; nomine, per patientiam aduersa omnia non ferat? Separabit ne.

Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?

Nullum afflictionis genus nec omnia simul afflictionis genera, separabunt a christi amore.

Sicut scriptum est. Psal. 43

Per prophetam.

Quia propter te mortificamur tota die, ęstimati sumus sicut oues occisionis.

Id vere canit, qui vere christi elect⁹ est

quia persecutiones patietur, afflictiones patienter fert vt ouis, quæ nō mutit, paratus quotidie & omni momento, vt eas in christi negotio ferat. Neq; locum dat vlli persecutioni.

Sed in his omnibus superamus,
Superiores efficimur, inquit apost. per priorem fidem spem, & auxilium gratiæ dei, vt eas omnes afflictiones vincamus, & paruifaciamus.

Propter eum qui dilexit nos,
Christum qui tot modis & tam vehemēter dilexit nos, vt homo fieret, moreretur, & resurgeret pro nobis, neq; non interpellat. Non igitur per memet (inquit apost.) sed per eum & eius benignum auxilium.

Certus sum,
Per indubitatam fidem & certā spem.

Quia neq; mors,
Mortis metus,

Neq; vita,
Huius vitæ aut blanditiæ, aut honores. &c.

Neq; angeli,
In cœlo.

Neq;

Neq; principatus, neq; virtutes,
Aut in terra, aut sub terram, neq; huius seculi principatus, quantumcunq; alti & terribiles sint.

Neq; instantia,
Quantumuis ante oculos pręsentia.

Neq; futura,
Quę terribilia minantur,

Neq; fortitudo,
Quæuis potentia,

Neq; altitudo,
Potestatis sublimitas,

Neq; profundum.
Carcerum aut maris profunditas quę nobis minatur.

Neq; creatura alia,
Qualiscunq;,

Poterit nos separare a charitate dei, quæ est,
Et mihi data est,

In christo Iesu domino nostro.
Per christum Iesum. Vel, in Christo iesu, in quem est hęc charitas mea, cuius auxilium speramus, vt eum inseparabiliter toto corde amemus.

CAP. IX. Argumentum.

Suam miram beneuolentiam in iudæos docet, ipsosque in multo præstantiores gentibus, sed id totum per incredulitatem perdidisse, non quod deficiat uerbum dei, sed quod defecit in illis fides. Non enim legis opera sufficiunt, id quod Iacob et Esau: & Ismaelis & Isaac exemplo ostendit: Ex gratia igitur non ex merito uocamur, & sumus filij dei. Sic enim præ iudæis uocantur gentes, priscorum prophetarum aperto testimonio,



Eritatem dico in Christo iesu.

Qui mihi testis est, quia.

Non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto,

Id est cum spiritu sancto, testes mihi sunt, & iesus christus, & spiritus sanctus, & conscientia mea. Contra cōscientiam, contra ipsam animi simplicem cogitationem, quam docuit me spiritus sanctus, non loquor. Qui mendatiū loquitur, contra conscientiam loquatur necesse est. Voluit iudęis fidem facere, de eius vix audito amore erga

eos, Veritatem(inquit)dico.

Quoniam tristicia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.

Propter vos qui legi adhærentes, fidẽ in christum respuitis.

Optabam enim ego ipse.

Neq; non & opto quotidie,

Anathema esse a Christo pro fratribus meis,

Iudaica gente,

Qui sunt cognati mei secundũ carnem,

Et vere fratres, quia iudæi sunt, & ego. Anathema esse a christo, aliud non esse videtur in hoc loco, q̃ alienus fieri & repelli a christo, nullam futuram communionẽ habere cum christo. Hyperbolis amor est iste. Neq; magis repellitur a christo, sed pro eius magna charitate, christo factus est coniunctior. Hæc est charitas(inquit)mea, erga fratres, Non est igitur quod me in eos quicquam putent, odij causa loqui,

Qui sunt israelitę,

Ex

Ex filijs Israel.

Quorum adoptio est filiorum.

Illi enim primi electi & adoptati sunt in filios dei, populus electus.

Et gloria,

Prę cęteris, illis dabatur, templi, ornamentorum, & ceremoniarum.

Et testamentum & legislatio,

Illis dabantur leges, & mandata digito dei scripta, vt essent & legislatores, qui legis doctrinam populo ministrarent.

Et obsequium,

Rectum diuinum cultum pro tempore acceperunt.

Et promissa,

Quod terram fluentem lac & mel haberent, mundiq; redemptorem ex eorum genere futurum.

Quorum patres,

Abraham, Isaac, & Iacob, in magno honore habentur, pro eorum fide & sanctitate,

Ex quibus est Christus secundum carnem,

Homo factus,

Qui

Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula,

In ſempiternum,

Amen.

Vt hæc agnoſcant omnes, iudæi potiſſimum, optat. Illorum (inquit) et primaria adoptio vt ſint filij dei, ſed doleo quod non ſint,

Non autē quod exciderit verbum dei,

Aut promiſſio facta cuius ne vnus quidem apex cadet, aut periet, qui non implebitur, neq; in aliquo tempore, aut in re aliqua deficit. Iudeorum igitur incredulitas, in culpa eſt, et huius mali vnica cauſa. Iudei (inquiunt) ſumus, & filij promiſſionis. Sed noli ob hoc tibi nimis arrogare.

Non enim omnes qui ex circūciſione ſunt Iſrael, ij ſunt iſraelitæ,

Hoc eſt fideles, et deum videntes per fidem.

Neq; qui ſemen ſunt Abrahæ,

Secundum carnem.

Omnes filij.

ſunt Abrahę, ſecundum ſpiritum et fidem. Hoc manifeſto diſcas velim exemplo, qui iudęus es, in lege tua. Quid ais? quid putas? Iſaac, qui Abrahę & Sarræ in illa iam mortua et effęta ætate promittebatur, natus ne eſt secū:dum carnē, an pro fide q̃ verbo dei habuerūt parentes: Carni quidem, prorſus erat impoſſibile, fide igirur parentum in promiſſione dei, illis datus eſt filius Iſaac. Tu itaq; niſi cum carnali tua cognatione cum Abraham, fidem quoq; verbo dei, quo promiſſus eſt chriſtus habueris, carnalis cognatio tua nihil prodeſt, Spiritualem hanc cognationem accipias neceſſe eſt. Ait enim,

In Iſaac,

In illa priore fide,

Vocabitur ſemen tuum.

Ad gratiam.

Id eſt, non qui filii carnis,

Vt iſmael.

Hi filii dei, ſunt, ſed qui filii ſunt promiſſionis,

Vt Iſaac, & promiſſionem fide apprehendunt

hendunt, hi (inquit) apost, Gene. 21

Estimantur in semine.

Hi digni sunt qui numerentur de seminæ Abraham, vt habeantur & sint eius filij, & soboles, & posteri, non per carnem, sed per fidem in verbis & promissionibus dei. Non te latet promissio quæ facta est Abrahæ,

Promissionis enim verbum hoc est. Secundum hoc tempus veniã, & erit Sarræ filius.

Secundum hoc tempus, in hoc eodem tempore, in hac effæta ętate & demortuis corporibus Abrahæ et Sarrę, veniam (inquit deus) & benigne eos visitabo, quia propter fidem erit Sarrę filius. Hoc crediderunt parentes, & pro fide et per fidem datus est filius, Gen. 18

Non solum illa.

Sarra filium per fidem accepit in extinctis iam carne,

Sed & Rebecca

Vxor Isaac,

Ex

Ex vno cōcubitu, habens, Isaac patris nostri.

In vtero gemellos, omnia fieri pro dei voluntate, non pro nostro merito, aut quauis dignitate, cognouit.

Cum enim nō dū nati fuissent,

Filii in eius vtero,

Aut aliquid boni egissent | aut mali, vt secundum electionem,

Quam voluit deus,

Propositum,

Decretum seu voluntas,

Dei maneret,

Fide persuasum habens, alterum altero fore maiorem.

Non ex operibus,

Eorum qui non dum nati fuerunt,

Sed ex vocante,

Deo, qui vocat quos vult, & quando vult, quiq; eligit pro voluntate. Sic autem

Dictum est ei,

Gene, 25. Matri eorū per angelū missum a deo.

Quia maior seruiet minori,

Maior natu erat Esau, qui prim⁹ egre-

dieba

diebatur, posterior Iacob. Voluit tamen deus vt præstaret Iacob minor natu.

Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.
Iacob elegi, Eſau reieci.

Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud deum?
Eſt ne iniuſtus deus? qui immerentem reiecit, quaſi eum odio haberet?

Abſit. Moyſi enim dicit, Exod. 33.
Deus,

Miſerebor cui miſertus ſum,
Hoc eſt, cui vel cuius mihi viſum eſt misereri,

Et miſericordiam præſtabo, cui miſerebor. Igitur nō volētis,
Non in eius poteſtate eſt qui velit,

Neq; currentis,
Solicite operantis,

Sed miſerentis eſt dei,
Vt eligat quos velit, pro miſericordia, non pro merito.

Dicit enim ſcriptura Pharaoni,
Vt iterum animaduertatis.

Quia

Exod.9. Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra.

Non est mali excitator aut auctor deus, sed finit vt mali sint, & mala fiant. Neq; non dignis pœnis malos afficit quantumuis potentes, vt dei virtutem & potentiam videant & boni & mali, boni vt consolentur, mali terreantur. Perspecta autem hæc dei absoluta potentia, annunciatur, & prædicatur in dei gloriam, per vniuersum mundum: Cuius rei manifestatione, nemo est qui dubitat, deum omnia pro voluntate agere.

Ergo cui vult miseretur,

Et gratiam impertit.

Et quem vult indurat.

Indurari patitur, gratiam ab eo tollit, eum sibi relinquit. Si res ita se habeat.

Dicis itaq; mihi,

Tu

Tu qui iudæus es & tuis operibus fides, seu tu quisquis es veritati aduersatius, & absolutæ voluntatis & potestatis dei ignarus

Quid adhuc queritur?

De homine saluando, aut damnando? Si enim constituerit deus hominem damnare,

Voluntati eius quis resistit?

Aut resistere potest? Omnia quidem necessitate fiunt, vt fingit hereticus, carnalis & animalis homo, qui impune peccare velit. Ad hunc ait apostolus.

O homo.

Miser & veritatis ignarus, animalculum ab huius occultę voluntatis dei scientia longissimum.

Tu quis es?

Quid habes in te terra & cinis,

Qui respondeas deo?

Es ne illi consiliarius, vt quod te lateat agat nihil? ponis ne os in cœlum vt dei arcana scruteris? contendis ne cum dei sapientia, qui nihil quæ dei

dei sunt sapis? Hic est, qui te in hominem creauit. Eius in arbitrio erat, vt rana fieres. Hæc est præscientia, & dei prædestinatio.

Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa.

Ex eodem congesto luto,

Facere aliud quidem vas in honorem.

Vt mensę seruiat.

Aliud vero in contumeliam?

Vt secessui, aut viliori officio. Noli igitur in creatorem insurgere. Noli tua imbecillima ratione ea scrutari velle, quę homini inperscrutabilia sunt.

Quod si deus volens ostendere iram.

Vindictam & iustam suam animaduersionem in sceleratos,

Et notam facere potentiam suam.

Hominibus, vt eum eo magis cognoscant & offendere timeãt. Id quidem

poteſ

potest pro voluntate. Sępe tamen,

Sustinuit in multa patientia.

Per longanimitatem suam.

Vasa iræ apta in interitum,

Pharaonis exemplo, & gentium quæ nunc vocantur ad gratiam.

Vt ostēderet diuitias glorię suę,

Miram suam miserationem erga hominem, quem saluum fieri velit, cuius non vult mortem, vt qui boni sunt, magis ac magis deum glorificent, & toto corde diligant. Sic enim ostendit diuitias glorię suę,

In vasa misericordie quę preparauit in gloriam.

Hoc est, in creaturas pręordinatas in honorem, perpetuamq; gloriam factas a deo.

Quos & vocauit.

Ad gratiam & fidem,

Non solum ex iudæis,

(Vt illi nimis nō insolescant, vel propter priorem electionem, vel propter magna in eos dei beneficia.)

Sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit. Cap. 2. & 1.

Deus per prophetam.

Vocabo non plebem meam, plebem meam.

Gentes alienas a me, gentem electam efficiam.

Et non dilectam.

Sed iræ vasa,

Dilectam.

Nunc vocabo,

Et nō misericordiā cōsecutā.

Indignam plebem misericordia.

Misericordiam consecutam,

Per fidem & obedientiam.

Et erit in loco.

Hoc est, in alio loco reperiri potest,

Vbi dictum est eis.

Prioribus gentibus.

Non plebs mea vos.

Qui estis nunc ex gentibus, quia idololatrę,

Ibi vocabuntur filij dei viui:

Erit tamen quando vocati efficientur filij dei. Hoc per prophetam prędixit deus de gentibus.

Cap. x. Esaias autē clamat pro Israel.

Hoc est de israel & illo pplo israelitico
Si fuerit numerus filiorum israel tanq̃ arena maris,
Vt numerari non possit, pauci quidẽ, hoc est.
Reliquiæ saluæ fient.
Pauci inq̃ ex illis, vt sunt magnarum rerum reliquię, si cum reliquo toto cõferas. Sic pauci quidem ex iudęis crediderunt, sicut prædixit Esaias, hoc dixit in verbo domini vero.
Verbum enim consummans.
Et perficiens est hoc verbum quod iam dictum est, quia sic erit, quemadmodum dictum est,
Et abbreuians in æquitate,
Vt salui fiant, non opus est multis ceremonijs et operibus nostris, sed quod iustum et æquum est, mandat deus, & quidem paucis,
Quia verbum breuiatum faciet dominus super terram.
Ne propter nimiam varietatem & immensam verborum longitudinem de recto itinere dubitemus. Quid enim breuius quid verius, q̃ quod si in christũ

crediderís,& voluntatem eius feceris, saluus fueris? Neq; omnibus hoc datũ est, sed paucis qui sũt ex semine Abraham, vt in huius cap. principio.

Et sicut Esaias dixit. Nisi dominus sabaoth.

Dominus virtutum & absolute potentiæ,

Reliquisset nobis semen,

Paucos qui per fidem futuri essemus filij Abraham,

Sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus.

Hoc est reprobi, digni morte & incendio fuissemus omnes, perijssemus, nullæ fuissent reliquię, Indicat iudæorũ paucitatem, qui christo crediderunt. Mire Iudæorum superciliũ deprimit, qui sibi propterea quod populus erat electus, & pro receptis magnis beneficijs, nimium sibi arrogabant, & Gentes præ se despiciebant.

Quid ergo dicemus?

Quid dici in hoc negotio amplius poterit?

Illud,

Plane verum.

Quod Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam,

Operum legalium.

Apprehenderunt iuſtitiam,

Aſſecuti ſunt, nõ ex operibus, ſed illã,

Iuſtitiam quæ eſt ex fide,

Credentes facti ſunt iuſti in conſpectu dei, eum amantes, & ei obedientes.

Iſrael vero.

Populus Iudæicus,

Sectando legem iuſtitiæ,

Adhærendo legis ceremonijs & operibus fidem chriſti reijciens, & in operibus legis omnem confidentiam conſtituens,

In legem iuſtitiæ non peruenit,

Quia legem iuſtificantem, legem fidei in chriſtũ, legem gratiæ non apprehẽſus eſt, quia noluit, quia repulit, quia chriſto et eius fidei aduerſatur,

Quare?

Quæ cauſa eſt quod non peruenit?

Quia non ex fide.

Iuſtificationem querebant,

Sed

Sed quasi ex operibus.

Quasi fuissent satis opera legis & ceremoniæ, longissime errantes.

Offenderunt enim in lapidem offensionis,

Qui est christus, aduersantur illi.

Sicut scriptum est. ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali.

Positus est christus in lapidem & petram, & tutissimum fundamentum, vt ad iustificationem perueniant omnes, qui ei & in eum credunt. sed in Sion & populo iudaico propter eorum incredulitatem, factus est lapis offensionis quia lesi sunt, deteriores facti, qui gloriæ dominum crucifixerunt, fides igitur in eum amplectẽda est, nam.

Et omnis qui credit in eum, non confundetur,

Spe sua non frustrabitur. Qui vere credit in eum, non potest eum non amare. Qui amat, plane studiosus est, vt per obedientiam ei placeat in vitæ nouitate.

CAP.



CAP. x. Argumentum.

NEminem nisi per fidem ad salutem peruenire asserit, omnes ad hanc salutem sine discrimine uocari, cuius nullam esse iustam excusationem, ut salutem non apprehendat. Iudæos arguit: qui inhærentes soli iustitiæ operum, iustitiæ fidei subiici nolunt.



Ratres, voluntas quidē cordis mei, & obsecratio,
Mea.
Ad deū, fit pro illis in salutem.
Gentes alloquitur, se indicans vehementer orare pro iudæis, qui non dum credunt, & optare vt per fidem in christum, salutem quoq; vt gentes accipiant illi.
Testimoniū enim perhibeo illis,
Iudeis, id enim noui,
Quod æmulationem quidem dei habent,
Vehementem affectum erga deum, ex illis nonnulli habent.
Sed non secundum scientiam.
Quia scripturas, q̄ de christo et messia
loquun

loquuntur, non satis scrutati sunt, non dum intelligunt, non credũt. Hoc suomet exemplo docere poterat apost. credentium aliquando vehemens persecutor.

Ignorantes enim iustitiam dei,

Iustitiam fidei in christum, quam docent sacrę literę.

Et suam iustitiam.

Operũ ex lege,

Querentes statuere.

Stabilire satagentes, illiq; soli adherere,

Iustitiæ dei.

Quam in seculorum fine, futuram de christo, in redemptionem omniũ credentium, prędinauit deus, totiesq; prædixit.

Non sunt subiecti.

Nolunt se subiicere, nolunt credere, quantumuis eos doceant tot prophetarum testimonia.

Finis enim legis.

Perfectio & completio,

Christus.

In eo etenim complẽtur omnes scripturę,

turæ, quæ antea promittebantur, modo nihil superest ad salutem, q̃ vt eum agnoscamus, & vt eius voluntatem faciamus, incumbamus. Vltra nō est querendum, quia finis legis est christus.

Ad iustitiam.

Veram salutem assequendam.

Omni credenti.

Credere autem oportet accedenti.

Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit, homo viuet in ea. Deut. 30.

Per eam non morietur, non punietur, cum in legem non peccet, tutus est a legis pœna, qui iustus est, legi non subijcitur, reste non suffocatur iustus, sed latro. Hoc est quod ad externam legē, quæ externos sceleratos afficit, pertinet.

Quæ autem ex fide est iustitia,

De illa vero.

Sic dicit (Moyses) Ne dixeris in corde tuo,

Nouas has cogitationes noli habere, vt cogites & dicas.

Quis aſcendet in cœlum?

Qui hoc per errorem dicit.

Id, eſt chriſtũ deducere. Aut, quis deſcẽdet in abyſſum? hoc, eſt chriſtum a mortuis reuocare.

Moyſen, obſcure quidem citat apoſtolus, cuius verba perſpicua ſunt hęc. Mandatum hoc quod ego pręcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neq; procul poſitum, nec in cœlo ſitum, vt poſſis dicere. Quis noſtrum valet ad cœlum aſcẽdere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atq; opere compleamus? Neq; transmare poſitum eſt vt cauſeris & dicas, Quis e nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſq; deferre, vt poſſimus audire & facere quod præceptũ eſt? Hactenus moyſes dei voce. Hęc incredulitatis iudæorum verba ſunt, qui meſſiam non adhuc veniſſe putant, nec hominem factum, mortuũ, & reſurrexiſſe. Aiunt igitur, Quę dicis, hęc omnia, nobis ignota ſunt, & ideo incredibilia ſunt. Veniet aliquando meſſias, & nobis hæc ſalutaria reuelabit, Interim quis in cœlum aſcendet, et inde rediens, hæc vera eſſe nos doceat

ceat? Si autem mortalis quispiam hoc sibi arroget, hoc est messiam & christũ velut inuitum, e cœlo ante tempus deducere. Aut quis descendet in abyssũ? in inferiorem partem terræ, vt inde ad nos perferat? Hoc est christum, nondum hominem factum, vt mori possit, a mortuis reuocare, Sed noli hęc dicere (inquit apost.) qui iudęus es. Non enim recte cogitas.

Sed quid dicit scriptura?

Animaduerte.

Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo.

Non est necesse vt tam longe petas. Tantum, crede, & tum quidem, huius verbi veritas & res ipsa, iuxta te est valde (vt ait moyses) tanquam in ore tuo, & in corde tuo. Tibi offertur, pulsat, inuitat, si nolis esse incredulus.

Nam.

Hoc est verbum fidei quod prędicamus.

Hanc veritatem vobis annuntio. Illud inq̃ salutis verbum est.

Quia

Quia si confitearis in ore tuo do-
minum, & in corde tuo credideris
quod deus illū suscitauit a mor-
tuis, saluus eris,
Cum nihil tibi desit legem scienti, præ-
ter hanc fidem. Vtraq; iustitia opus est.
Corde enim creditur ad iusti-
tiam,
Vt per fidem iustus fias apud deum,
Ore autem confessio fit ad sa-
lutem,
Non est ad salutem intus credere, nisi
ore & opere idem confitearis, & inter-
nam fidem, per sermonem & opera o-
stendas, vt luceat lux vestra coram ho-
minibus. Et qui negat me coram ho-
minibus, &c Hęc est fides viua, & ad sa-
lutem efficax.
Dicit enim scriptura. Omnis
qui credit in illum,
Eo modo quo iam diximus,
Non confundetur,
Quia speratam & expectatam salutē
accipiet. Hæc est Esaiæ litera, secundū
Esa. 28. septuaginta. Hebraica quidem litera
est

est,non festinet omnis qui credit in il-
lum lapidem angularem. Hoc est, Ve-
rum eius aduentum exspectet. Cum
autem venerit ,vt credat non tardet.
Hoc est vt ait prouerbiū, festinare len-
te,mature rem apprehendere.Neminē
excludit qui dicit, omnis qui credit.

Non enim est distinctio iudæi
aut græci,

Sit vel gentilis vel iudæus.

Nam idem dominus omnium,
diues in omnes,qui inuocant illū,

Hoc est in omnes credentes. Hæ sunt
diuitię bonitatis,gratię,& misericor-
diæ dei, quę exuberant, immensę, in-
exhaustæ, paratæ semper recte inuo-
cantibus,

Omnis enim qui inuocauerit
nomen domini,

Fide, verbo,& opere.

Saluus erit.

Multi autem non credunt:

Quomodo ergo inuocabunt,
eum,in quem non crediderunt?

Quid vtilitatis afferre potest,sine mē-
te

te et fide inuocare?

Aut quomodo credent ei, quē nō naudierunt?

Quia credere nolunt, audientes non audiunt.

Quomodo autem audient,

Vt credant,

Sine prædicante?

Hoc causabantur iudęi, neminem sci- licet prędixisse hæc. Quod si denūtia- tores aliqui fuerint, nescimus (inquiūt) vnde venerint.

Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur?

Nisi fuissent dei homines missi ab eo, qui hæc predicarent. Sed audite vos Iudæi (inquit apost) quia missi erant ad vos qui hęc nuntiarent iam dudū.

Sicut scriptum est

Per Esaiam,

Quam speciosi pedes euangeli- zantium pacem, euangelizantium bona.

Euangelizabāt veteres prophetę, hoc est, letum hoc nūtium de christo, præ- dicē-

dicebant. Chari admodum & accepti, sint illi, qui huc atq; illuc a deo mittũtur, et soliciti sunt, ad euangelizandũ hanc pacem de christo hominibus, hoc est, illum aduenturum et nunc aduenisse, qui peccata remittat, pacem quietemq; in conscientijs hominum relinquat, per eam quam attulit reconciliationem, cum deo patre. Venturũ annuntiabant prophetę, venisse annuntiant apost. & sani concionatores. Ab initio non defuerunt iudęis, & per ipsum moysen, & per omnes prophetas: vaticinia & predictiones de christo Nec eo magis dubitetis vos Iudæi, quod multi non credunt, inquit apost. Non autem desunt qui prædicant & veritatem denuntiant.

Sed non oẽs obediunt euangelio,

Non sunt humiles, et beneuoli auditores.

Esaias enim dicit. 53.

Multo ante prędixit.

Domine quis credidit auditui nostro?

Tam pauci erãt credentes, vt vix (si cũ reliqua multitudine conferas) vnus videa=

videatur, qui sermoni, quem a me lo-
quente (inquit) & hæc futura denuntia-
ante audierit, credidit.

Ergo fides ex auditu,

Ex auditu intelligit, ex intellectu dis-
cit.

Auditus autem per verbum
Christi

Qui veritatem attulit. Aliunde veru-
auditus, verus intellectus emanare ne-
quit, q̃ a verbo dei, q̃ a sacris literis, q̃
ab eo qui legem consummauit. Hoc
euangelium prędicatur, Non audiui-
mus inquiunt illi increduli.

Sed dico.

Inquit apost. friuolam vestram hanc
excusationem esse,

Nunquid non audierunt?

Quid ait propheta?

Et quidem in omnem terram ex-
iuit sonus eorum, & in fines orbis
terræ verba eorum. Sed dico:

Iterum atq; iterum, inquit apost.

Nunquid israel non cogno-
uit?

Vt de illis loquamur, qui hæc vana causantur. Cōtra eos multi sunt testes.

Primus,

Hoc est in legis principio,

Moyses dicit,

Prædicit de iudæorum futura incredulitate. Ait enim in dei persona. Deutro.32

Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem:

Non gentem, gentiles intelligit, alienos a deo, neutiq̄ dei gentem, idololatram, &c. In hanc gentē & contra hanc gentem, ego (inquit deus per Moysen) adducam vos israelitas & prouocabo ad æmulationem, ad inuidiā, vt intus contra eam gentem vramini acerbo quodam liuore, propterea quod eam gentem quam nunc despicitis, vobis reiectis, eliget sibi deus. Hanc æmulationem habebitis,

In gentem insipientem,

Quam vos insipientem & stultam iudicatis, Idololatriæ & simulachris adhuc seruientem. Sed

In iram vos mittam.

Contra illam nunc electam gentem.

Stulta erit ira veſtra in perditionem veſtrã. Prȩter ea quȩ prȩdixit moyſes,

65 Eſaias autem audet,

Non timuit hoc vobis prȩnuntiare,

Et dicit,

Etiam in dei perſona, prophetarum more.

Inuentus ſum a non querentibus me, palam aperui iis, qui me non interrogabant


Manifeſtum eſt, gentes ante Chriſtum, verum deum quem ignorabant, neutiq̃ queſiuiſſe, neq; in rebus dubiis, deum interrogaſſe, aut reſponſum a vero deo expectaſſe. Hoc erat iudæis populo electo, & legem dei habenti, peculiare. Ab hac vero gente a deo tam aliena inuentus & cognitus eſt deus, & ab eo ſolo, omnia nunc petũt & expectant, vt vaticinatus eſt Eſaias de gentibus.

Ad iſrael autem dicit,

Idem Eſaias in eodem loco.

Tota die expandi manus meas ad populum non credentem,

Vocaui & inuitaui eum ſolicite & vehementer



hementer,

Sed contradicentem mihi,
Aduersarium & rebellem omnibus vocationibus & exhortationibus meis, inquit deus per prophetam. Videtis ergo iudæi, id non subito vobis contigisse, nec me in vos hęc ex me dixisse, sed prophetarum testimonio pręnunciata esse hæc omnia.

CAP. II. Argumentum.

DEum non omnes iudæos repulisse ait, Eliæ testimonio. In electione per gratiam, manserunt quidam ex prioribus electis, cæteris multis obcæcatis. In eorum locum eliguntur gentes ad præordinatum usque tempus a deo. Interim ne glorientur nimium gentes, admonet: Cur autem ita operatus est deus, omni humanæ rationi imperscrutabile est.



Ico ergo,
Quia visi sunt prophetę, populum Iudęicum repellere a deo.

Nunquid deus repulit populum suum?

Prorſus?

Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abraham,

Ex vera iudaica gente,

De tribu Beniamin,

Qui puto & vere credo me nõ eſſe abiectum, qui veram fidem apprehenſus ſum, vocatus Chriſti apoſtolus, & de electorum numero. Quamobrem.

Non repulit deus plebem ſuam quam præſciuit,

Quam præordinauit, vt in cap. viii. dictum eſt.

An neſcitis in Elia,

Et de ipſo.

Quid dicit ſcriptura, quemadmodum interpellat deum aduerſum Iſrael?

Quem vidit duræ ceruicis populum, crudelem, incredulum, & veritatis ini-
3. Reg. 19. micum? Ait quidem,

Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt,

Ea ſubuertentes.

Et ego relictus ſum ſolus,

Et ego

Fidelis, & tibi vt obediam paratus,

Et querunt animam meam.

Vt me ab hac vita tollant.

Sed quid dicit illi diuinum re=
sponsum?

Erras Elia, inquit deus, quandoquidē

Reliqui mihi septem milia vi=
rorum, qui non curuauerunt ge=
nua ante Baal.

Qui idola non adorarunt, sed fide=
les permanent,

Sic ergo & in hoc tempore.

Quamuis totus fere populus propter eorum incredulitatē repulsus est, ma=
nent tamen.

Reliquiæ.

Quidam pauci, non suis meritis aut dignitatibus, sed,

Secundū electionē gratiæ dei,

Quos voluit eligere deus, vt stent & nō cadant,

Saluę factæ sunt,

Illæ reliquiæ per fidem. Secundum e=
lectionem gratiæ, inquit apost. saluæ factæ sunt.

Si autem gratia,

Et per gratiam saluæ fiunt, ergo,

Iam non ex operibus.

Quibuscunq;, nulla enim opera sufficiunt, ex nobis id mereri non possumus.

Alioquin,

Si iure nostro peteremus per opera.

Gratia iam non est gratia.

Nullam vim habet, nulli vsui seruit, inutilis esse videtur gratia, & vanus dictionis sonus.

Quid ergo?

Ad hoc dicemus? Respondet apost.

Quod querebat israel,

Per stultam fidutiam operum,

Hoc non est consecutus.

Nõ accepit, ad id nõ potuit attingere,

Electio autem consecuta est.

In eos qui non fidebant sibi & operibus suis, sed credentes obediebant verbo dei, electio (inquit) super illos cecidit, & gratiam consecuti sunt vt saluentur per fidem.

Esai. 6. Cæteri vero excæcati sunt.

Fidei oculos non habentes,

Sicut scriptũ est. Dedit illis deus spiritum cõpunctionis, oculos vt non videant, & aures, vt non audiant, vsq; in hodiernum diem.

Vt nunc quoq; videmus. Hi sunt qui audientes non audiunt, & intelligentes non intelligũt. Quod eos spiritum compunctionis habere ait apost. indicat eos irritato, acerbo, & exasperato admodum animo esse contra veritatẽ, velutq; pungentem & repugnantẽ spiritum intus habere, præ animi amaritudine. Non sinit talis animus vt ęquũ est, obedienter audire.

Et dicit Dauid.

Prædixit in hos etiam incredulos.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum.

Dei nomine imperat, non optat propheta. Mensam ponit interpres, pro ipso quotidiano cibo. Cibus autem fidelis animæ, est verbum dei, vtilissimus quidem credenti. Alitet autem incredulis, quibus est in laqueum, quia

efficit eorum incredulitas, vt medicina in venenum vertatur. Sic a diabolo pessimo venatore capiuntur in pij, non vitio verbi dei, quod sanũ & sanctum est, sed incredulitatis malo. Inde scandalum, inde maximum offendiculũ quo in interitũ ruunt. Erit quoq;

Et in retributionem illis.

Vt recipiant quod meriti sunt.

Obscurẽtur oculi eorũ ne videãt,

Per incredulitatem obcęcati, sic patitur deus,

Et dorsũ eorũ semper in curua,

In terram & quę terrena sunt declinãtes, absente gratia, & ab eis valde elongata. Diximus in eundem Psal. in nostra explanatiuncula. Ait apost.

Psal. 68.

Dico ego,

Si Israel nõ sit consecutus quod quęrebat,

Nunquid sic offenderunt vt caderent?

Vt perirent prorsus omnes? vt ad fidẽ aliquando non redeant, vt in gratiam recipiantur nunq̃?

Abiit.

Auertat deus, Ita non sunt intelligendi prophetę.

Sed illorum delicto, salus est gentibus,

Acquisita, non propterea quod deliquerunt illi, sed cum fidem reiecerint, in eorum locum receptę sunt gentes.

Vt illos æmulentur.

Vt illorum credentium exemplo prouocentur tandem Iudęi ad imitandū, ad fidem apprehēdendā. Id quod aliquando fiet, quando plenitudo gentium intrabit. Interim ingenti gratia ditatę sunt gentes.

Quod si delictum eorum diuitiæ sunt mundi,

Quia interim reiectis nūc illis, per vniuersas gentes diuitias bonitatis suę distribuit benignus deus, vt in filios adoptentur, futuri heredes dei,

Et diminutio eorum,

Nunc per incredulitatis lapsum,

Diuitiæ gentium sunt,

Huius salutis pręsens occasio,

Quanto magis plenitudo eorū?

Spiri-

Spirituales has in mundo diuitias au-gebit, cum sit vnū ouile & vnus pastor, cum sint in fide simul iuncti, & iudæi & gentes? O vniuersas diuitias, cum tot futuræ sint in hoc mūdo beatæ animæ, credentes omnes, & seruientes deo, vt post hanc vitam, perpetua hereditatis gloria cum deo fruantur. Vtrumq; populum consolatur apost. cupiens vt vnius fidei sint. Ab vtroq; desperationem tollit, cum non aliunde oriatur desperatio, q̄ ex incredulitate. Vtriq; placere studet apost. in domino. Ab vtroq; omne supercilium auferre. Hūc sermonē ad gentes iterum nunc vertit.

Vobis dico gentibus, quamdiu quidem ego sum gentiū apostolus, ministerium meum,

Mihi deputatum inter vos,

Honorificabo,

Solicite apud vos Christi euangelium annuntians, vt vos bonos quidem discipulos & Christi imitatores efficiam,

Si quo modo ad æmulandum prouocem.

Vestro exemplo prouocare possim,

Carnem

Carnem meam.
Iudæos, ad Christi fidem,
Et saluos faciã aliquos ex illis.
Qui fidem vestram per gratiam imitari velint. Certum est magnas interim diuitias mundo euenisse per eorum incredulitatem, Hoc est per eorum interitum & mortem.
Si enim amissio eorum,
Repulsio propter incredulitatem,
Reconciliatio est mundi,
Quia relictis illis, gentibus & vniuerso reliquo mundo prædicatum est euangelium per hanc occasionẽ, cuius doctrina deum cognouerunt gentes, & fide, in gratiam receptæ sunt, & deo factæ obedientes, vt faciant quæ præcipiat, si hoc ita est, quemadmodũ vere est, vnde nũc ortum est ineffabile gaudium.
Quæ assumptio?
Quando cum Gentibus assumentur quoq; Iudæi in gratiam? quid erit tum gaudij, quando fidei & gratię assumẽtur & restituentur iudæi? quando accumulabuntur per vtrumq; populum
vna

vna fide iam vnum, priores diuitię bonitatis dei. Quā lęta erit ista assumptio? cum simul in fidem assumantur per gratiam? Non aliter plane.

Nisi vita ex mortuis.

Nemo non mire lætatur, si quem vere amicum viuum videat, quem prius vere mortuum putabat. Similis erit seu longissime lętior hęc assumptio, quando qui prius erant mortui iudæi per incredulitatem, iam viuos, iam gratiæ restitutos per eandem fidem viderint gētes, pro charitate, miro tum gaudio affectæ. Neq; dubium est hoc aliquando futurum. Erant quidem iusti & sancti Abraham & primi patres.

Quod si delibatio sancta est,

Si velut prima degustatio fidei, quæ erat in patriarchis et primis paucis illis patribus sancta, & pura, & deo accepta fuit.

Et massa.

Numerosa posteritas, haud dubie sancta erit aliquando. Non itaq; desperet. Nam

Et si radix sancta:

Si pattres illi sancti fuerunt, vnde tanq̃ ex radice pullularunt cęteri iudęi omnes.

Et rami.

Iudæi ex radice, cur non sancti sint? bene sperandũ est, vt radicis aliquãdo salubris ille succus, quo restaurētur, in eos redeat. Noli igitur ex hac electione eleuari nimiũ, tu qui gentilis es, nũc per gratiam adoptatus, natura longissime ab illa gratia, quod tot rami naturales quorum amissio reconciliatio est mundi, fracti et reiecti sunt.

Quod si aliqui ex ramis fracti sunt,

Ceciderunt a gratia multi ex iudęis, qui naturalis oliuæ, ex semine Abrahę velut rami sunt.

Tu autem cum oleaster esses

Siluestris oliua, natura infidelis & idolatra

Insertus es in illis,

Inter illos ramos naturalis oliuæ, per gratiam insertus es, & perticeps factus

Et sotius radicis et pinguediuis oliuæ factus es,

Quia

Quia misericordiam consecutus es, factus iam filius dei, tanq̄ fuisses ex semine Abrahę, quibus facta est promissio. Esto igitur gratiæ agnitor, & iam insertus per gratiam.

Noli gloriari aduersus ramos,
Illos naturales, iudæos ex semine Abrahæ. Noli eos contemnere, & nimiū tibi arrogare.

Quod si gloriaris,
Tecum reputa, quod

Non tu portas radicem,
Quia ipsius radicis ramus es, non quidem naturalis, sed insertus, & tanq̄ a radice vitam sumens. Non igitur tu portas radicem, vt te nobiliorem radice putes.

Sed radix te,
Portat, & eius velut pinguedo te nutrit. Iudæi ex pingui radice, ex semine Abrahæ sunt secundum carnem, cuius fides prædicatur, sed fracti sunt & deiecti a radice propter incredulitatem, vt modo non sint filij Abrahæ, secundū spiritū & fidē. *Si te ex hoc radice agnoscas* per fidē, ignobilitatis tuæ memineris, vt scias radicem, & naturales

ramos credente, snobiliores te. Te autem nobiliorem censeo, naturalibus illis ramis iam fractis & incredulis.

Dicis ergo,

In stulta tua gloria, vt eam efferas.

Rami fracti sunt: vt ego inserar!

Quia delictum illorum diuitiæ sunt mundi.

Bene,

Et probe quidem dicis, quod ad vnã partem attinet, quia

Propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas,

Stabilis es & permanes in fide. Quantumuis autem stas.

Noli altum sapere,

Noli tibi blandiri & placere nimis.

Sed time,

Esto semper in statione, in vigilia, in excubijs. Caue tibi.

Si enim deus naturalibus ramis non pepercit:

Iudæis natura ex semine Abrahæ,

Ne forte nec tibi parcat.

Si a via recta declinaueris,

Vide

Vide ergo,

Et tecum prudenter considera,

Bonitatem et seueritatem dei,

in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem,

In iudęos propter eorum incredulitatem, quos fregit & deiecit.

In te autem,

Qui gentilis es,

Bonitatem dei,

Qui alterum depulit, te autem indignissimum in gratiam recepit. Hęc tecū cogita, hæc considera. Hanc bonitatem gratis a deo accepisti, vt ea benignissime perpetuo fruaris,

Si permanseris in bonitate,

In fide, humilitate & obedientia erga deum,

Alioquin et tu excideris,

Quantumuis insertus, amputaberis, & e radice frangeris.

Sed et illi,

Increduli nunc iudæi,

Si non permanserint in incredulitate,

Sed Christi fidem recipiant,

Inserentur,

Iterum replantabuntur, & in gratiam recipientur.

Potens est enim deus, iterũ inserere eos,

In naturalem radicem, vt radicis pinguedine viuant, & fidei fructum afferant, atq; radicis, hoc est priorum patrum exemplo, boni imitatores sint. Id quod facilius fiet, q̃ vt gentilis inseratur.

Nam si & tu,

Qui gentilis es.

Ex naturali excisus es oleastro,

Siluestri & inculta arbore.

Et contra naturam insertus es in bonam oliuam,

Et eius nunc pinguedine & succo viuis in vitam æternam,

Quanto magis,

Et facilius,

Ii qui secundum naturam,

E radice fuerunt, illius naturalis oliuę

Inserentur suæ oliuæ?

N natu-

Naturali, vnde primum orti sunt.

Nolo autē vos ignorare fratres,

Gentes alloquitur,

Misterium hoc,

Quod arcanum quidem est, & paucis cognitum, id quod vobis prænuntio,

Vt nō sitis vobisipsis sapiētes,

Nimiū ne vobis tribuatis, ne insipienter insolescatis, & elatioris animi sitis,

Quia cæcitas ex parte contingit in israel,

Nolite putare totum Israeliticum populum repulsum, neq; hanc incredulitatem inter eos permansuram semper, sed illis arcano decreto dei contigit,

Donec plenitudo gentium intraret,

Donec Christi fides ad omnes gentes perueniret, in hanc familiam intrarēt omnes per fidem,

Et sic omnis israel saluus fieret,

Post illam plenitudinem, & erit vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vna futura gloria, omnib9 qui credūt.

Esa. 69. Sicut scriptū est. Veniet ex sion,

Messias.

Qui eripiat & auertat impie-
tatem,
Incredulitatem,

A Iacob,
A populo israelitico.

Et hoc illis a me testamentum,
Quod nunc testor (inquit deus per prophetam)& promitto, cognoscetur & manifestabitur,

Cũ abstulero peccata eorum.
Tempore quo decreuerim, eorũ cæcitatem tollere. Eos itaq; non prorsus abiecit deus,nec erit eius ira in eos in sempiternum.Nam

Secundum euangelium quidẽ,
Quod per incredulitatem reiecerunt ipsi,

Inimici,
Deo facti sunt,

Propter vos,
Vt interim in eorum locũ inseramini.

Secundum electionem autem,
Manent iudæi deo,

Charissimi propter patres,

Patriarchas optimos illos. Illorum causa, posteritati fauet deus. Eam igitur prorsus non repulit. Neq; voluntatem & præordinationem suam aliquando mutabit deus.

Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei.

More humano deum non pœnitet promissionum, non reuocat quod semel decreuit. Dona enim quæ promisit Abraham & patribus, suo tempore complebit. Gentium autem vocationem, non mutabit, non reuocabit, modo permanserint in bonitate, vt paulo ante. Animaduertite vos gentes. Non eos repulit deus prorsus propter amorem erga patres, neq; eum pœnitebit promissionis factæ patribus, neq; vobis deerit gratia. Vtriq; pactum seruabit.

Si enim aliquando & vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum,

Alias quidem illis primum euangeliũ prædicare oportuisset.

Ita

Ita & isti nunc non crediderũt in vestram misericordiã, vt & ipsi misericordiam consequantur, Act.13. 8.

Tandem in suo tempore. Quod ait, non crediderunt in vestram misericordiam, hoc est, vel collatam in vos gentes dei misericotdiam quam nescire non potuerunt, imitari noluerunt, vel in vestram misericordiam non crediderunt, vt vos nunc inseramini.

Conclusit enim deus omnia in incredulitate,

Quia & vos gentes & idololatræ prius deum non cognouistis, sed prorsus increduli fuistis, & nunc increduli facti sunt iudæi.

Vt omnium misereatur.

Voluit deus per incredulitatem & iudæorum & gentium, perspecta sua beneficia reddere mundo, vt neminem lateret q̃ necessaria sit eius gratia, qua sublata, cadimus & prorsus perimus. Nobis itaq; semper opus est gratiæ auxilio, vt deum vel vere agnoscamus, vel ei grati simus. Cur autem ita fecerit deus, tam longe omnem humanã

 rationẽ

rationem superat, vt in alta quidem admiratione, dicat apost.

O altitudo diuitiarum,

Bonitatum, potētiarū, & perfectionū,

Sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius,

Quia deus est, & omnium creator.

Quis cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit?

In rerum creatione, aut rerum gubernatione?

Aut quis prior dedit illi?

Nemo, cum nihil sit, quod ex nihilo non creauit, nihil habet quisq̃, quod ex eo nō accepit. Si autem queuis esset creatura quæ hoc posset aut ausa fuerit vendicare, prodat in medium.

Et retribuetur ei.

Compensationem accipiet, reddentur ei vices. Sed vere nulla est eiusmodi creatura.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso, sunt omnia,

Quæ in cœlo, quæ in terra, quæq; in inferi

inferno sunt, vt ab eo quicquid est accipiant, per ipsum & alium nullum, ad omne bonum perueniāt, & in ipso solo quodcunq; querunt, reperiundum est, & alibi nusq̄. Quamobrem.

Ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Ipsi soli sit omnis honor, omnisq; gloria, neq; vlli creaturæ honorem exhibeamus, nisi in eius nomine.

CAP. XII. Argumentū.

Post doctam & stabilitam fidei necessitatem apud omnes homines, ne soli fidei adhereant, quemadmodū solis operibus Iudæi qui fidem non receperunt, ad morum & operum cum fide necessitatē docendam transit apost. dehortando a vitiis & huius seculi moribus, & ad modestiam & mansuetudinem inuitando.



OBsecro itaq; vos fratres per misericordiam dei, Vehemēter vos rogo, postq̄ nunc docti estis de gratiæ & fidei necessitate,

Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,

Pro mactatis in ſacrificiũ pecudibus, eſtote vos viui in corpore puro, vt & corpus & omnia eius membra deo ſeruiant in ſanctificationem. Sit peccato mortuum corpus, deo autem viuum. Sit velut hoſtia, mortificentur caro & eius mali affectus, vt ſpiritus viuat, & ſeruiat deo. Hanc hoſtiam viuentem exhibeatis, hoc eſt

Sanctam,

Puram, innocentem, piam,

Deo placentem,

Ea ſanctitate, & exhibeatis deo,

Rationabile obſequium veſtrũ,

Sit cultus veſter erga deum rationabilis, non vt morte, hoc eſt, irrationabilium mactatione (vt quondam) deo nunc placere ſtudeatis, ſed fide, ſpe, & charitate, quæ animi & ſpiritus virtutes ſunt.

Et nolite cõformari huic ſeculo.

Nolite ſimiles eſſe huius ſeculi hominibus, nolite formare mores veſtros ad mores eorum.

Sed

Sed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.

Priores huius ſeculi mores deſerite, & vitæ nouitate renouati, eſtote noui homines.

Vt probetis,

Per nouum exercitium, in operibus bonis.

Quæ ſit voluntas dei bona & beneplacita, & perfecta.

Bona eſt voluntas dei, quæ non aliud vult q̃ bonum. Bono quidem bene placatur. Placent ei bona noſtra opera, modo ſint perfecta, Hypocriſi aut ſimulatione non mixta, nullis huius ſeculi fœcibus fœdata, pura mente & fide fiant.

Dico enim per gratiã quæ data eſt mihi,

Doctus a ſpiritu ſancto,

Omnibus qui ſunt inter vos.

Vos omnes doceo, præcipio vobis omnibus,

Non plus ſapere q̃ oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.

Non plus tribuere vobis q̃ par est, nõ arrogare, modestiam seruare in omnibus, id quod omnis virtutis bonarũq; actionum, principium, medium, & dux est ad optimum finem. Sic sapiat sibi vnusquisq;, simul,

Et vnicuiq;,

Alij, idem sapiat.

Sicut deus diuisit mẽsurã fidei.

Suis donis, sua sorte contentus sit vnusquisq;. Huius seculi autem mores sunt, vt felicior, infeliciorem fastidiat, infelicior inuideat feliciori. Sed nolite huic seculo conformari. Alter alterum non fastidiat, alteri non inuideat alter. Donorum quidem magna diuersitas est.

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra non eundẽ actũ habent.

Vident oculi, audiunt aures, loquitur lingua, olfaciunt nares, operãtur, manus, eunt pedes,

Ita multi vnum corpus,

Mysticum.

Sumus in christo, singuli autẽ,

Ex hoc corpore,

Alter alterius membra,

Alter alteri in sua vocatione seruit⁹, modo sapiat vt oportet. Sum⁹ quidē,

Habētes donationes, secūdū gratiā quæ data est nobis differētes,

Suam habet quisq; actionē, suum officium, vt in eo seruiat.

Siue prophetiam,

Scripturæ interpretationem sibi datā habeat præ alijs singulari dono,

Secundum rationem fidei,

Hoc est, ita interpretetur, vt cum fide & recta doctrina conueniat, id quod est sapere ad sobrietatem,

Siue ministeriū in ministrando,

Vt in apost. actis diaconi, qui pauperibus ministrent,

Siue qui docet in doctrina,

Aliud est interpretari, aliud docere. Dei verbum probe docent multi, quibus exiguum est interpretandi donū. Docet in doctrina qui non aliud docet, q̄ verbum dei.

Qui exhortatur in exhortando.

Docet

Docet quis, & non exhortatur. Aliud est exhortari, aliud docere. Nō omnis qui ipsam veritatem docet, animorum affectus mouet, non vehementer hortatur. Vis autem exhortationis est, auditorum affectus mouere vel in gaudium vel in luctum, & exhortādo persuadere. Alius habet donationem.

Qui tribuit in simplicitate,

Qui suas facultates elargitur pie quidem egentibus, laudem a solo deo, nō ab homine querens, quantūuis in conspectu hominum. Item &

Qui præest in solicitudine,

Vt curā sibi cōmissam non negligat, qui nō deest pro viribus in omni loco, in omni tempore, vt malos corripiat, bonos iuuet. Non sibi præest, sed alijs, non elatiore est animo. Simul &

Qui miseretur in hilaritate,

Egenos, miseros, afflictos non contristat, sed eos verborum lenitudine consolatur, erigit, atq; subleuat. Sic fit nō ingrata eleemosina deo, sola animi promptitudine, & si non adsit quod elargiatur. *Sic deus vnicuiq; diuisit*, sic membrorum diuersitas, diuersa habet

officia

officia. Non igitur sit fastidium, non sit contemptus, non sit inuidia. Id quod fieret nunq̄, si esset inter hæc membra:

Dilectio sine simulatione,

O venenū vndiq; sparsum, quod totū mundum infecit. Putas ne duo paria vere amicorum reperiri posse in hoc seculo? Arridemus multis, at paucissimos aut nullos sine quauis simulatione diligimus. Quod si aliquem forte fortuna diligimus, non quidē dei, sed nostra causa diligimus, vel quia voluptati est, vel vtilitati, prorsus immemores, quod vnius corporis membra sumus. Multa nunc docet apost. cuiuis christiano necessaria, quæ omnia ab vna vera dilectione emanāt. Estote inquit,

Odientes malum.

Fugientes ab omni peccato.

Adhærentes bono,

Soliciti in bonum.

Charitatem fraternitatis inuicem diligentes,

Estote proni, & propensi omnes, vt alter alterū diligat, vt sitis vere fratres, Christi mandato & exemplo. Diligite (inquit)

(inquit) inuicem, ficut ego dilexi vos.

Honore inuicem præuenientes.

Non tam vt vnus alteri cedat, alter alterumq; pro humilitate præponat, q̃ vt alter alteri subſidio ſit. Hic eſt amor qui debetur parẽtib9, debetur itẽ & amicis, neq; vllus vere chriſtianus eſt, qui hunc honorẽ alteri non debet.

Solicitudine non pigri,

Eſtote, vt officium pro vocatione faciatis.

Spiritu feruentes,

Vt in eius operibus delectemini.

Domino ſeruientes,

Pro omni occaſione

Spe gaudentes,

Quam niſi perſuaſam habueris, quæ ad deum pertinent: carni moleſta, hilariter & cum gaudio neutiq̃ facies.

In tribulatione patientes,

Si pro chriſti nomine inferantur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Orationi inſtantes,

Eſtote, nullo ſpirituali exercitio magis

gis

gis placatur deus, q̃ solicita oratione, modo fiat vt oportet, mente ad deum subleuata, & ab eo qui iusta petit, atq; omnia dei voluntati refert. Hunc locum, & alia similia, vere obcæcati, videre nolunt nostri temporis praui nouatores, qui suis impijs dogmatibus, orandi omnem mentem ab omnibus fere sustulerunt.

Necessitatibus sanctorum cõmunicantes,

Estote, fidelibus & pijs viris omnibus rerum inopia laborãtibus, subuenite, & in eos vsus libenter facultates vestras impendite.

Hospitalitatem sectantes,

Soliciti & studiosi, vt pios potissimum viros, in vestram domum recipiatis, & eos excipiatis hospitio, vt eis quæ oportet ministretis.

Benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere.

Bis repetit, benedicite, vt in hac re carni difficillima, carnem vincamus. Hæc est patientia quæ toties prædicatur. Vel persequenti,

bene

bene velimus, & animo, & verbo, & facto. Nolite maledicere omnino, conuitijs vindicare, malum inferre, aut illud velle.

Gaudere cum gaudētibus, flere cum flentibus.

Infinitiuū pro imperatiuo ponit, Hebræorū more. Iubet pro charitate, vt læti ſimus de alterius beneficio & proſpero euentu, ſimul & doleamus cum illis, quibus doloris cauſa eſt. Sumus enim vnius corporis mēbra, vt in gaudio & dolore, idem ſentiamus, Sic inuicem (inquit) gaudete.

Id ipſum inuicem ſentientes.

Vnius animi eſtote, & in ſimplicitate, & in humilitate, & in fide, & in charitate.

Non alta ſapientes,

Non elati & arrogantes in vobiſmetipſis.

Sed humilibus conſentientes.

Ne vos pręponatis, humiles nolite cōtemnere, eos in conuiuium, in ſocietatem accipite, humaniter tractate.

Nolite eſſe prudentes apud

vosmetipsos.

Qui enim eiusmodi sunt, sibi nimis tribuunt, præ suo, aliorum iuditium nihili estimant, rident, damnant. Se solos Catones esse, qui ne Salomoni quidẽ cedere videntur, gloriosi Trasones, nostræ iam ætatis communis nimis morbus.

Nulli malũ pro malo reddẽtes.

Sed in bono tuo, vince malum illius. Talionem ne reddas. In malo, par pari ne referto. Soliciti estote.

Prouidentes bona, non tantum coram deo,

Qui nihil ignorat.

Sed etiam coram hominibus.

Vt sint omnia quæ facimus, pia, & honesta, fugiẽtes ab omni occasione, quę leuem suspicionem excitet.

Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.

Non est in vestra potestate vt alij erga vos pacem habeant, sed vos cum omnibus pacem habetote, cum vllo noli-

te contendere, contentionis vllam ausam nolite prebere, reconciliationis omnia signa quæ poteritis, ostendite. Si aduersum te aliquid habet frater tuus, vade & incumbe vt reconcilieris. Estote ergo humiles,

Non vosmetipsos defendentes charissimi,

In vltionem & vindictam,

Sed date locum iræ.

Facessat ira, libenter ignosce, irritatũ animum depone, iniuriæ obliuiscere, abeat ab animo omnis maleuolentia.

Scriptũ est enim, Mihi vindictã & ego retribuam, dicit dominus.

Sinite, vt ego vestram omnem iniuriã vindicem, dicit dominus. Interim pacato animo estote. Si afflictos tuos inimicos in hac vita non videris, tuæ patientiæ fructum apud deum nõ perdes, qui eius voluntati omnia reliquisti, præceptorum non immemor. Non mado hæc agas.

Sed si esuriret inimicus tuus, ciba illum.

Da quod

Da quod commedat.

Si sitit, potum da illi,
Redde bonum pro malo.

Hoc enim faciēs, carbones ignis congeres super caput eius.

Si non desit omnis gratia, charitatis flamma eum incendes, vt vel inuitus reconcilietur, etiam fera & ferrea natura. Beneficio mansuescunt, quæ sæuissima natura sunt animalia. In capite omnis sensus est, vel in bonum vel in malum. Quod si antea in eo frigebat charitas, nunc tanta ignis congerie in eum & super eum, fugabitur illa frigiditas, atq; eius locum, charitatis ardor possidebit. Est ne ingens charitatis feruor, vt cum tu mihi magnum malum intuleris, ego mansuetus & vere ignoscens, beneuolam voluntatem & grata beneficia tibi euestigio reddam? Huius igitur dicti memor esto semper.

Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Id quod non aliud est, q̄ iam diximus. Vincitur a malo, qui irritatur, qui

vindictam querit. Vincit malum in bono, qui inimicũ beneficio vincit, eoq; trahit, vt reconcilietur.

CAP. XIII. Argumentũ.

MAgistratibus parendum docet, illisq; sua iura soluenda, quia ministri dei sunt, alia omnia debita persoluenda, proximi autem amor nunq̃ non debetur. Qui charitatem probe seruat, nulli unq̃ nocere potest. Christi aduentus, tenebras omnes fugauit, lucem attulit. Semper ut in luce, honeste igitur ambulemus, sine turpitudine, contentione, aut inuidia, carnis nimiam omnem curam abiicientes.



Mnis anima,

Omnis homo q̃diu hic vixit corpore & anima, sine quauis personarum acceptione,

Sublimioribus potestatibus subdita est,

Se subditam agnoscat potestatibus, quæ potestate publica præditæ sunt. Nulli potestati igitur propter deum qui hoc iubet, parendum non est. Et mala & bona potestas a deo.

Nõ est enim potestas nisi a deo.

Non

Non haberes potestatē in me (inquit Christus) nisi tibi datum esset desuper. Malam potestatem sinit deus, vt homines pro peccatis afficiat. Bonā vero mittit potestatem, vt recto ordine viuant homines. Vtraq; potestas deo seruit, altera in vltionem, altera in benedictionem. Nihil quidem nō a deo.

Quæ autem sunt,

Quęcunq; fiunt inter homines,

A deo ordinata sunt.

Aut sinit deus aut constituit.

Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit.

Cuius voluntati & mandato resistit,

Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Tremendum verbum omnibus, qui in principem quacūq; ex causa, vllam seditionem excitant. Voluntati dei non est resistendum, Patiētia ferenda sunt, quæcūq; deus vult. Est enim gaudendum in afflictionibus, quas in nostram haud dubie vtilitatem immittit deus. Vnum hoc esse ex maximis peccatis perspicuū est, quod damnatione tam

dignum eſt. Damnatione inq̄ perpetua, vt nihil addam de principis digna in eos vindicta. Quicumq; probus & iuſtus eſt, illi nihil eſt, quod poteſtatem timeat.

Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.

Non eſt quod eos timeāt probi & honeſti, ſed ſcelerati.

Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac: & habebis laudem ex illa.

Eſt enim regis & principis officium, probos iuuare, laudibus & premijs ad beneficiendum excitare, ſceleratos dignis pœnis afficere, ad nihilum deducere malignos, timentes vero dominū glorificare, inquit propheta,

Dei enim miniſter eſt in bonū,

Qui bonum agit principem. Si autem ſe dei miniſtrum agnoſcat, vt deo in iuſtitia q̄ ſimilimus ſit, & optabit maxime, & conabitur ſemper. Bonum igitur facito, & bonum principem non timebis. Sic in bonorum laudem & malorum vindictam conſtituitur,

Si autē

Si autem malum feceris:time.

Iustam timoris causam habes, tua culpa.

Non enim sine causa gladium portat.

Gladij vsum accipit a deo, vt malos in virga ferrea regat. Suo iure,pro potestate a deo sibi tradita, vltimo supplicio malos afficit.

Dei enim minister est:

In hanc causam,& eius est,

Vindex in iram, ei qui male agit.

Data est illi hæc potestas, vt dei vice, mala vindicet,puniat, homines interficiat morte dignos, in quos irascitur deus,& vult vt eum sic vindicet princeps,eius in hoc minister. In hac publica igit vindicta, facit princeps quod iubet deus, deoq; in hoc ministerio placet.

Ideoq; necessitati subditi estote, non solum propter iram,

Metu pænæ, vel a deo,vel ab homine,

Sed etiã propter cõscientiam.

Tam quod dei mãdatum est, q̃ vt aliis exemplo sitis qui christum non receperunt, ne si vos viderint quasi per libertatem christianam principi non obedientes, vestram fidem in christum, ad seditiones excitandas valere causentur Neq; solum ipsi principi parẽdum est, sed & eius ducibus, iudicib9, ministris, eius cooperatoribus, quos potestate præditos mittit. Vt autem pro dignitate hanc prouinciam exercere possit princeps, vestris facultatibus eum iuuetis oportet.

1. Pet. 2.

Ideo enim & tributa præstatis.

Quæ principi debetis, in quib9 si fraudem feceritis, iniuria, rapina, furtũ est, Ea quidem videtis, non tam ciuili & humano, q̃ diuino iure deberi. Vos autem qui principem fraudatis, eum vt grauiores alias exactiones deposcat, cogitis, qui vos tuetur, vt quietam vitam agatis.

Ministri enim dei sunt,

Reges, principes, duces, magistratus,

In hoc ipsum seruientes,

Vt per sceleratorũ vindictã, secure suos faciat. Vobis itaq; admodũ seruit.

Reddite ergo omnibus debita. Nemini debeatis quicq̃. Inter alia autem debita,

Cui tributum

Debetur,

Tributum.

Reddite, principi scilicet. Non enim sine causa datis, sed pro eius ministerio in quo vos tuetur, ei hæc redditis, vt quod in vobis est, retribuatis. Præcipit ergo apost. Reddite, Inquit.

Cui vectigal:

Debetur,

Vectigal.

Soluite.

Cui timorem:

Debetis vos qui mali estis,

Timorem.

Exhibete, vt vos a malo cautiores sitis, & mala fugiatis.

Cui honorem:

Debetis,

Honorem.

Date, vos qui boni estis, & principis ministerio secure & quiete viuitis.

Nulla viuit anima cum corpore, quæ huic potestati non subijcitur. Hanc potestatem non recusauit Paulus, nō recusauit Petrus, non recusauit Christus ipse dominus & magister, qui etiā Cæsari tributum soluebat. Non tam corporalem reuerentiam quę principi debetur, Hunc honorem hic intelligit apost. q̄ beneuolentiam de vestris facultatibus retribuendi pro recepto beneficio, quem honorem bene meretur princeps, qui malos dignis pœnis afficit, bonos autem laudibus & beneficijs, ad bene agendum excitat. Nemini debentur hæc vectigalia aut tributa, nisi principi, & quem eo beneficio honorat princeps. Hæc igitur debita (inquit apost.) reddite, retribuite.

Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inuicem diligatis.

Soluendum est quod debetis, aut principi, aut priuato, quicquid debetis, modo suppetat facultas. Ne desit igitur animus vnquam, & prona voluntas ad solutionem. Dilectio autem persolui potest nunquam. Deberi non potest

potest desinere charitas. Nullum finẽ habet. Perpetuum est eius officium, vt diligamus semper.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Omnia benefacta nostra erga proximum, ab vnica dilectione pendent & emanant. Dilectio quoq; (si eius probe meminerimus) præsentaneũ nobis frenum semper est, ne aut proximo malum aliquando velimus, aut quouis pacto inferamus.

Nam,

Si dilectionem habueris in proximum.

Non adulterabis, non occides.

Priuata vindicta.

Non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo,

Dilectionis,

Instauratur.

Quia mandatũ in animo viuificat, atq; peccati oẽs morbũ cõtra legis mãdata

sanat

Ad gala.5. ſanat dilectio, hominemq; ad ſanam mentem reuocat, vt mandati meminerit, ne contra mandatū peccet. Omnis enim lex in hoc vno ſermone cōpletur.

Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Vt non maius malum aut velis aut inferas proximo, q̄ tibi ipſi, tãtumq; bonum illi & velis & conferas, quantum tibi ab alio conferri velis aut optes. Certum etenim eſt, quod

Dilectio proximi, malum non operatur.

Qui vere diligit, illi quem diligit ſciens quidem, malum inferet nunq̄.

Plenitudo ergo legis: eſt dilectio.

Qui vere diligit, plene legem implet, quæ mandat, vt alteri nō facias, quod tibi fieri nolis, id quod in genere, omnia comprehendit legis mandata.

Et hoc,

Facite diligenter.

Scientes tempus,

Quod præſens eſt, quia venit Meſſias, venit ſcientie plenitudo.

Hora eſt iam nos de ſomno

ſurgere

surgere,

De priori somno cæcitatis & mortis, in quo eramus ante perfectam hanc doctrinam, veritatem nescientes.

Nunc enim propior est nostra salus, q̃ cum credidimus.

Ad Iudæos forte hunc sermonem vertit, qui futurum Christum credebant. Cæpimus antea credere futurum christum, nunc autem cum venerit, cum sit nobiscum pręsens, proximiores illi saluti facti sumus. Antea respicebamus a longe. Nunc autem præsto est. Quo magis quoq; ac magis in fide permanserimus, eo nostrę saluti viciniores erimus haud dubie. Nunc itaq; surgendum est & expergiscendum,

Quia nox præcessit,

Ante christi aduentum, & nox, & tenebræ, & ignorantiæ, vndiq; regnabant.

Dies autem appropinquauit.

Quia venit lux mundi Christus. Hac luce adhuc non omnino fruimur, sed in via sumus per fidem & mandatorũ obseruationem, vt aliquãdo fruamur. Propior est igitur nostra nũc salus q̃ cũ

credi-

credidimus, quia illi diei proximiores ſumus, qua declarabitur noſtra ſalus. Quo viciniores itaq; ſumus, eo vt apprehendamus, diligentiores ſimus.

Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis,

Vt lucem apprehendamus. Declinemus a malo & faciamus bonum neceſſe eſt, vt apprehendamus. Sola non ſufficit fides, niſi pariter cum fide iũgamus, & innocẽtiam & bona opera pro occaſione. Tenebrarum opera, omnia peccata ſunt. lucis arma, perpetua luce digna, fides, ſpes, charitas. Cũ gratia quæ homines ab operibus tenebrarum defendunt, hæc arma ſunt. Quare in hac vita.

Sicut in die honeſte ambulemus.

Qui male agit, lucem odit. Nox & tenebræ, malefaciendi oportunitatem præbent. Tam impudens nemo eſt, (qui nõ eſt deploratiſſimus) qui in die & in hominũ cõſpectu, turpia & fœda perpetret. Nos (inquit apoſt.) qui dedimus chriſto nomen, ſemper & in die,

& in

& in nocte,& in publico & in priuato, fugiamus quæ turpia sunt, opera tenebrarum abiiciamus, & honesta sequamur, tanq̃ si essemus in die sẽper, & sub oculis hominum.

Non in commessationibus & ebrietatibus,

Ambulemus. Ventrem nostrum deum nobis non faciamus, commedamus vt viuamus, non viuamus vt commedamus. In cibis modestiam seruato. Ciborum temperantia,& animæ & corpori, salutifera est. Frequentes et opiparæ nimis commessationes, quæ in medias vsq; noctes intempestiue trahuntur, corpuscula necant, animas vero in perpetuum interitum demergunt. Vę qui surgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandam vsq; ad vesperam, vt vino æstuetis. In cibis quidem & potibus, non tam illa sancta temperantia, q̃ cõgruentia illi temperantiæ tempora, homini christiano conueniunt, ne ambulet in commessationibus & ebrietatibus, Esai.5.

Non

Nō in cubilibus, & impudicitijs,

Ambulet, qui chistiano nomine dignus est. Non se delectet (inquit apost.) fornicationibus & adulterijs.

Non in contentione, & æmulatione.

Quietus esto, mansuetus non contentiosus, nulli iniurius, non pronus ad lites, seu verius omnem potius iniuriā patiamini, q̃ contendatis. Omnem inuidiam deponito. Vnicuiq; facilis esto & beneuolus, in priuata vita tua. Intus non te rodat, si vicino prospera contingant, nec proximo inuideas, quod eum te feliciorem perspicis.

Sed induamini dominum Iesum christum,

Sit eius exemplum, vita vestra. Estote quantum poteritis, ei similes. Conuersationem vestram in cœlis habetote, vt ab omni malo vos cooperiat Christi benignitas.

Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Carnis desideria, & fœda & turpia sūt. Prona est in malum caro semper. Hāc

si cura-



si curaueris ad nimias vires, te prorsus pessundabit. Sanitati consulas velim, vt deo et vocationi tuæ seruias. Subiicienda caro est ne superbiat nimis, neue dominetur. Caue diligenter ab eius desiderijs. Effræna bestia est, nisi duriore nonnunq̃ freno domes. Deo & spiritui, inimica sunt eius desideria. Quoties opus erit, cibum illi tolle, ne indomita euadat in interitum tuum. Castiga igitur corpus, & in seruitutem redige.

Cap. XIIII. Argumentum.

FRatrem non facile iudices, uel in cibo uel in potu, uel ex cibi, uel ex dierum discrimine. Eum non temere damnet qui commedit non commedens, neq; contra, sed qui infirmus est in fide, ferendus est, quo ad crescat in uirum perfectiorem. Fratrem cibi causa, non offendamus.



INfirmum autem in fide assumite. Infirmi atq; euangelij libertatem nesciientes erant pleriq; ex iudęis, putantes se non posse carnes in lege prohibitas, commedere, adhuc

non ſatis eruditi. Alij vero in fide ſoli-
diores, nullum cibum illicitũ ſciebant.
Hos alloquitur. Illum (inquit) talem
infirmum in fide, propter eam quam
habetis ſolidam & perfectam fidei ſci-
entiam, aſſumite cõuictorem, benigne
quidem & amice hos imbecilliores ſu-
ſtinete, vt in cap. ſequenti.

Non in diſceptationibus cogi-
tationum.

Vt ſiniſtre de eo quicq̃ cogitetis, aut
ea cauſa cum eo, quoquo modo con-
tendatis.

Alius enim credit ſe manduca-
re omnia.

Licitum eſſe illi, & probe quidem.

Qui autem infirmus eſt,

Cui ne ſimiliter edat, vrget cõſcientia,

Olus manducet.

A carne abſtineat ne conſcientiam le-
dat. Lege quidem Moyſaica, & carnes
quædã & volucres & piſces prohiben-
tur. Herbarum vero nulla eſt, quæ in-
terdicitur. Vtriq; ergo ſit modeſtia,
vtriq; ſit fraterna æquitas. Nam

Is qui manducat, non mandu-

cantem

tantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet.

Non damnat,pro eo quod manducat. Sic vtriq; conſulit apoſt. & ei qui adhuc legi Moſaycæ nimis adhæret, qui putat ſe non poſſe in lege prohibita mãducare, & ei qui probe in fide chriſti eruditus eſt,& ſe liberatum noſcit, ab illa legis ſeruitute. Ab altero ſcrupulum tollit, infirmum alterum ferri mandat, ne in Chriſti naſcente adhuc eccleſia, vere fidei curſum, impediret contentio de re tam leuicula. Vt ergo non temere iudicent, mandat apoſt.

Deus enim illum aſſumpſit.

Tu quiſquis es homo, fratrem igitur noli iudicare. Ad Chriſti fidem vocatus eſt,& qui manducat, & qui nõ mãducat. Illum aſſumpſit, elegit, admiſit deus, vtrumq; per fidem & baptiſmum in gratiam recepit. Quamobrem,

Tu quis es,
Homo tantæ obliuionis,

Qui iudicas ſeruum alienũ?

Seruum dei nunc assumptum, conseruum tuum. Si igitur iudices, cōtra dominum iudicas, qui & ipsum & te assumpsit. Eum igitur domino relinque. qui,

Domino suo aut stat aut cadit.
Si lapsus fuerit atq; errauerit, iudicabit eum dominus, forte non imputabit: Si autem steterit & bene egerit pro fidei scientia, eum non abijciet dominus. Eum interim noli tu abijcere.

Stabit autem.
Si velit deus, & non imputet, modo non agat contra conscientiam.

Potens est enim deus statuere illum.
Stabilire eum quem tu condemnas, ne cadat, ne labatur. Noli igitur præiudicare. Est quidem inter vos varietas.

Nam alius iudicat diem inter diem,
Vt vno die suillam carnem manducare liceat, altero non. Has mosaycas ceremonias, seu hęc per legem iuditia, prorsus noluit apost. In illo initio tam subito

ſubito tollere, ne forte irritarentur, & a fide retro abijrent. Sic erant lacte adhuc nutriendi. Sic in ea tenera ætate fidei, propter iudęos, Timotheum circumcidit Paulus. Sic & Paulus ipſe Act.16. vt iudæos lucrifaceret chriſto, eorum more, purificatus eſt cum illis in templo. Act.21. Sed faceſſant hæc omnia nunc iuditia legis moſaycæ, in quibus diem a die iudicant.

Alius autem iudicat omnem diem,

Aequalē & indifferentē eſſe, quod ad illos cibos attinet, per acquiſitā libertatem a lege moſayca, per fidei legem in chriſtum. Nunc igitur in hac re, veſtris (inquit) iuditijs vos relinquo.

Vnusquisq; in ſuo ſenſu abundet.

Agat quod ſibi conſulat ſua conſcientia, modo ſeruetur integra fraterna charitas, & contra conſcientiam non agat. Nam.

Qui ſapit diem,

Qui diem a die diſcernit,

Domino ſapit.

Domino placere se putat, quia nõ agit contra conscientiam.

Et qui manducat,

Qui non discernit diem a die, quod ad prohibitos cibos attinet,

Domino manducat,

In dei nomine, hac libertate fruitur: deoq; id nõ displicere persuasũ habet,

Gratias enim agit deo.

Id quod manifestat eum domino mã-ducare, Alias quidem stulte gratias a-geret deo, quem lesa conscientia mã-ducando irritaret. Cũ deo quidẽ qui nouit cogitationum occulta, aut ficte aut simulate quicq̃ agere, stolidissimũ est. Agere ergo videtur bona fide, qui gratias agit deo. Similiter,

Et qui non manducat, domino non manducat,

Quia putat sibi non licere, deoq; pla-cere non manducando, qui

Et gratias agit deo.

Cui comedamus, vt ei viuamus.

Nemo enim vestrũ sibi viuit,

Quia deum habetis dominum, cui viuatis.

Et

Et nemo sibi moritur.

Si recta fide erga deum viuamus, domino viuimus. Si autē in incredulitate moriamur, domino item morimur, qui omniū et viuentium & morientiū iudex est. Sequitur enim

Siue enim viuimus, domino viuimus, siue morimur, domino morimur.

Eius enim sumus, quicūq; aut qualescumq; sumus.

Siue ergo uiuimus, siue morimur domini sumus.

In eius potestate vtraq; mors nostra est Si bene ergo egerimus, vitam nobis dabit. Si autē male, digna morte nos afficiet. Sic illi aut stamus aut cadim⁹, viuimus aut morimur

In hoc enim christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur.

Data est enim ei omnis potestas in cœlo & in terra. Qui ergo mortuus est pro omnib⁹, pariter & ꝑ omnibus resurrexit, ipse & mortuorū & viuorū iudex est. Iuditiū ergo i fratrē & cōseruū

non tibi assumas, cum sit vnus christus, & illi & tibi iudex.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum?

Quia prohibitas carnes in lege manducat?

Aut tu quare spernis fratrem tuum?

Qui infirmus est, & non mãducat. Vtrisq; loquitur & consulit, quemadmodũ de vtroq; dixit in cap. principio. In occultis quidem & in his quæ ad occultam conscientiam pertinent, noli tibi prorsus incognitam fratris conscientiam iudicare.

Omnes enim stabimus ante tribunal christi,

Vt pro se quisquis rationem reddat

Scriptum est enim. Viuo ego dicit dominus.

Viuo ego, dei iuramentum est, seu veritatis affirmatio, in re maximi mométi.

Quoniam mihi flectetur omne genu,

Mihi nullus non subijcietur, non humilias

miliabit se,

Et omnis lingua confitebitur deo.

Se illi esse subiectam,& ab eo solo iuditium exspectare.

Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationē reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus.

Alter alterum non iudicet

Sed hoc iudicate magis,

In hoc cauti & circūspecti estote,

Ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

Id agere corā fratre nolite, quod fratris conscientiam vulneret aut ledat. Noli tam temerarius esse, vt licet facias quod tibi liceat, id agas in fratris offendiculum. Fratris conscientiæ cōsulas. Infirmum, noli infirmiorem reddere tua nimia libertate. Nimia inq̄, qui id palam facis, quod peiorem fratrem efficit. Quamuis in hac re, in his cibis a lege prohibitis, nihil est, quod firmum, eruditum, & in fide Christi stabilem, quouis modo impediret aut lederet. Nam

Scio & confido,
Nihil dubito,
In domino iesu,
Et per eum qui nos huic libertati restituit.

Quia nihil cõmune per ipsum,
Nihil iam immundum est neq; prohibitum, vt quondam in lege Mosayca,

Nisi ei qui existimat quid cõmune esse,
Cui in consciẽtia scrupulus est, Propterea quod lege prohibetur, cui nimis adhæret infirmus adhuc in christi fide.

Illi commune est.
Illi immundum est propter conscientiam, ita vt nõ commedat Cõmune, hoc est, Immundum. Sic omnem cibũ lege prohibitũ vocabant iudæi, quia peccatum erat in lege, contra legem manducare. Noli igitur tuo cibo fratrem ledere.

Si enim propter cibum,
Quem tu manducas,
Frater tuus contristatur,
Interna conscientiæ molestia afficitur,
Iã nõ secundũ charitatẽ ambulas.

Quia

Quia fratrem non amas, quem vltro tua temeritate lędis.

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo christus mortuus est.

Qui agit contra conscientiam, ædifi-cat ad gehennam. Si proximi consci-entiam tuo cibo vulneraueris, illius perditionis præter te, quis in causa est? Proximum ædificares, non destru-eres. Tua temeritate nunc efficis, vt te odio incipiat habere, malum de te lo-quatur, & tibi forte obtrectet. Memi-neris Christum non minus pro eo mor-tem subijsse, q̃ pro te. Eum itaq; max-imi estimare debes, vt non perdas quẽ habuit tam charum Christus.

Non ergo blasphemetur bo-num nostrum.

De vera fide in Christum apud infide-les, si nos pro cibo & potu, rebus tam leuiculis digladiantes viderint, ne fi-dem scilicet nostram paruipendant, de eaq; male loquantur. Si tibi quoq; bonum & licitũ sit, qui veritatem cog-nouisti, vesci quibuslibet, cum pri-mis tibi curandum est, ne aut fratrem offendas

offendas, aut infideles pro tam leui contentione, male devobis suspicari facias.

Non est regnum dei esca & potus.

Non enim adquiritur vel horum ciborum abstinentia qui lege prohibentur, vel libertate his vescendi.

Sed iusticia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.

Iustitia nouę legis quę est fides in christum, quę per charitatem operatur, vnde pax, concordia, & fraternitatis amor, gaudiumq; in spiritu sancto, propter certam spem remissionis peccatorum. Hæc sunt quæ regnum cœlorũ, hoc est, pacatam conscientiam in hac vita, et futuram gloriam præstant.

Qui enim in hoc seruit christo,

Vt hãc iustitiam, pacem & gaudium habeat vltro datum per Christum.

Placet deo:

Patri,

Et probatus est hominibus.

Sanctam eius conuersationem videntibus, & prudenter considerantibus.

Est

Eſt ne maius regnum dei in hac vita, q̃ in vitæ ſanctitate, deo cum primis, & omnibus per omnia placere?

Itaq; quæ pacis ſũt, ſectemur:

Fugientes ab omni contentionis occaſione.

Et quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.

Vt alter alterum iuuet, Atq; alter alteri cõſulat, in charitate & pace, per omnia ſolicite cauẽtes, ne agamus quicq̃, quod fratrem in vllam contentionem ſtimulare poſſit. Abſtineamus a quantumcumq; licitis, ſi adſit quisq̃ proximus, qui libertatem noſtram nõ ferat.

Noli propter eſcam deſtruere opus dei.

Proximi animam perdere.

Omnia quidem ſunt munda,

Modo per chriſtum, vt nulla caro, nullus piſcis, nulla auis non ſit licita, quibus pro libertate veſcamur.

Sed malũ eſt homini, qui per offendiculum manducat

Qui cibo fratrem ledit, fugiamus ab hoc malo Hoc malum peccatum eſt & quidem

quidem magnum, quia fratrem quantum in te est, perdis. Vis ne hoc malũ euitare? Audi quid apost dicat.

Bonum est non manducare cárnem, & non bibere vinũ, neq; Aliud quicq̃ agere, quod maxime licet In quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

Si aliud malum sit, hoc autem bonum, quod bonum est elige. Quicq̃ agere noli, quod fratris conscientiam, vel parũ vel leuiter possit ledere. Causaris forte. Illesa prorsus est conscientia inquis mea, quia me hanc libertatem dei verbum docet, cui certam fidem habeo, sciens me & recte & iuste facere. Sed animaduerte.

Tu fidem quam habes, penes temetipsum habe coram deo.

Tibi seruiat tua fides, non alteri noceat. Palam quidem age, vt coram deo & coram hominibus proberis, noli ostentationi studere coram hominibus, vt pręcipuam tuam fidem iactes.

Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.

Teip-

Teipſum caue ne decipias. Tu probas & licitũ eſſe putas quod probas, quod q; agis. Bona eſt fides tua, ſi bene & in dei laudem eam exerceas. Si autem per tuæ fidei arrogantiam, fratrem leſeris & perdideris, nunc teipſum iudicas & condemnas. Fidem exerceas in proximi ædificationem oportet. Non enim te iuuat tua oſtẽtoſa fides. Beatus itaq; qui non ita iudicat, & cõdemnat ſeipſum. Vereor ne multis contigit, in hac noſtra dolenda tempeſtate.

Qui autem diſcernit,

Hęſitans, an cibus ille ſit indifferens, vel potius illicitum eſſe putans,

Si manducauerit, damnatus eſt, quia non ex fide.

Contra fidem agit, contra interioris conſcientiæ approbationem, contra dei mandatum ſe agere putat. Illum vrget conſcientia & intus mouet, atq; ei contradicit. Seipſum itaq; damnat.

Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

Caue

Caue ne fratrem tua ostentosa fide, cõtra conscientiam audere feceris. Qui agit contra fidem, qui se agere putat contra dei voluntatem, non potest esse non peccatũ quod agit. Qui agit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, fratrẽ perdidisti, simul & teipsum iudicasti.

Cap. XV. Argumentum.

AD habendam inuicem charitatẽ, idem quod in proximo cap. hortatur. Et promissionem iudæis factam, & gentium uocationem docet, utrumque populũ ad christi fidem allicere cupiens. Fideles laudat. Partim suos labores citat. Se romam uenturum promittit, prius peragratis alijs locis, potissimum a macedonia hierusalẽ, transportatis eleemosinis. Orans pro eis, eos quoque rogat, ut pro eo deum precentur.


Ebemus autẽ nos firmiores,
Doctiores & in euangelio eruditiores, & per gratiam perfectiores.
Imbecillitates infirmorum sustinere,

Hoc

Hoc est assumere fratrē, vt in Cap. xiiii

Et non nobis placere.

Vt præ nobis alios vel despiciamus, vel parui faciamus, nulla cura in proximum, Hoc enim est, nostros appetitus, nostrum commodum, nostram gloriam querere. Vos igitur moneo, vt

Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.

Prodesse studeat proximo vnusquisq;, in eo quod bonum et sanctum est, ad spiritualem vtilitatem eius, id quod non potest esse non gratum proximo, et deo cum primis.

Etenim Christus non sibi placuit.

Commodum suum non quesiuit, qui tanta pro nobis passus est, tot improperia, tot probra, et falsas criminationes. Psal. 68.

Sed sicut scriptum est.

De eo, ita fecit, cuius verba ad patrē sequuntur.

Improperia improperantium

tibi, ceciderunt super me.

Qui deũ patrẽ inhonorabant, Christũ filium persecuti sunt. Falsa crimina in eum obiecerunt, qui falsi prius criminatores erant in deum patrem. Qui enim inhonorat filium, prius inhonorat patrem. Sed filius placere cupiens patri, non suã, sed patris voluntatem fecit, omnia ferens improperia, omniũ credentium vtilitatem querens. Id quod nos docere debeat, vt & proximi imbecillitatẽ feramus, & eius queramus commodum.

Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sũt: vt per patientiam,

Quam docet scriptura,

Et consolationem scripturarum,

Quæ certos nos efficiunt de bonitate dei erga nos, mõ fecerim⁹ quæ p̃cipit,

Spem habeamus.

Vt pro pace & charitate cũ proximo, æternam a deo pacem recipiamus. Vt autem ad hæc perueniatis, (inquit apost.) pro vobis oro.

Deus autem patientiæ.

Per quē oīs patiētia, quiq; ei⁹ dator ē
Et solatij,
A quo omne solatium per fidē & spem
Det vob̄ idipsū sapere ī alterutrū
Vt alter alteri sapiat in bonum, sine vlla contentione.
Secundum Iesum Christum.
Eius exemplo.
Vt vnanimes,
Vna animorum concordia.
Vno ore,
Vno simul consensu, vna consentanea voce, cōcordes inuicē & pacē habētes.
Honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi.
Vt non vobis sed ei placere studeatis, per concordiam & vnanimitatem,
Propter quod,
Sic vt placere possitis.
Suscipite inuicem:
Alter alteri vere sit amic⁹, alter alterū sustineat, alī alterius cōmodū querat.
Sicut & Christus suscepit vos,
Eius inimicos in gratiam.
In honorem dei.

Propter honorem dei patris, patienter egit vobiſcum, inimicis benefecit, pro malo bonum reddidit, vos deo mortuos, ad vitam reduxit, non vt ſibi ipſi placeret, ſed in honorem dei patris, cui placere voluit. Hæc diſcite ab eo, hæc eius exemplo faciatis, et qui iudei eſtis in eum credētes, et qui gentes eſtis, in eadem doctrina edocti

Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis.

Miſſum peculiariter ad iudaicam gentem, oues illas quæ ex Iſrael perierunt

Propter veritatem dei.

Vt promiſſionem eis factam impleret.

Ad confirmandas promiſſiones patrum.

Quas ātea lōge patriarchis fecit deus. Quod enim per priorē promiſſionem eis debebatur, hoc impleuit Chriſtus. Gētibus nulla facta eſt promiſſio. Nihil ergo eſt quod iure petant.

Gentes autem ſuper miſericordia.

Propter miſericordiam eis per Chri-

ſtum exhibeiam.

Honorare deum.

Patrem tenentur, hoc gratuitum beneficium agnoſcere debent.

Sicut ſcriptum eſt. Pſal. 17.

De eis prius per prophetas.

Propterea confitebor tibi in gentibus domine, et nomini tuo cantabo.

Vox eſt eccleſiæ Chriſti, quæ tam ampla eſt in gentibus, quæ vehementer gaudet, atq; deogratias agit.

Et iterum dicit, 2. Reg. 22.

Sacra ſcriptura.

Letamini gentes, cũ plebe eius.

Cum iudæis qui credunt, quibus promiſſio facta eſt, quia eiuſdẽ beneficii participes eritis.

Et iterum, Laudate omnes gentes dominum, et magnificate eum omnes populi. Et rurſus Eſaias ait: Erit radix Ieſſe. Cap. 11.

Ex ſemine Dauid, ex ſemine Iudæorũ

Et qui exurget regere gentes, et

in eum gentes ſperabunt
Vtriq; placere ſtudet apoſto. atq; admodum ſolicitus eſt, vt ex duobus populis, vnum per charitatem efficiat. Itaq; nunc pro vtroq; orat.
Deus autem ſpei.
Qui bene ſperādi vim & gratiā donat,
Repleat vos omni gaudio & pace in credendo.
Nunc cum ſimul credideritis.
Vt abundetis in ſpe, & virtute ſpiritus ſancti.
Qui in vobis ſpem illam conſolidet.
Certus ſum fratres mei, & ego ipſe de vobis.
Credentes alloquitur, de quibus bene ſperat, atq; perſuaſum ſibi eſſe ait, eos non dilectionis erga proximum, oblitos eſſe aliquando. Ad eos igitur verſus ait. Certus ſum, perſuaſum mihi eſt de vobis qui creditis.
Quoniā et ipſi pleni eſtis dilectiōe
Abundat in vobis dilectio, vos totos poſſidet, ſolliciti eſtis in beneuolentiā & beneficia, in pacē & concordiā, alter
in alte-

in alterũ,ſine vlla contentione.

Repleti.

Eſtis.

Omni ſcientia.

Voluntatis dei & rerum diuinarum.

Ita.

Vſqueadeo,

Vt poſſitis alterutrum monere.

Præceptore vobis non eſt opus, tam eruditi eſtis vt alios erudire poteritis. Ad gentes hæc ait quæ fidem receperunt, eis in domino placere cupiens & hac laude eos magis ac magis ſtimulare, vt in fide ſtabiles, dilectionis nũq̃ obliuiſcantur. Iterum ad eos ait.

Audatius enim ſcripſi vobis fratres ex parte.

Aliquãtulũ audati9, vobis qui neq; me de facie cognouiſtis, nec vos ego cognoui, Sed ideo ad vos ſcripſi audati9

Tanq̃ in memoriam vos reducens.

Vt hæc memineritis. Sumus enim ex nobis obliuioſi Prodeſt igitur frequẽs admonitio. Vt hæc autem faciam ſolicitus fui.

Propter gratiam quæ data eſt mihi a deo, vt ſim miniſter Ieſu Chriſti in Gentibus.

Inter Gentes conſtitutus apoſt. per hoc miniſterium.

Sanctificans euangelium dei.

Inter gentes, vt per euangelii prædicationem ſanctæ et fideles ſint gentes

Vt fiat oblatio gentiũ accepta.

Per fidem.

Et ſanctificata in ſpiritu ſancto

Per ſpiritum ſanctum qui operatur in euangelio, accepta fiat gentium oblatio, earum bona opera in domino, prçces et vota, deo, ET, id eſt, ſanctificata, pura, ſelecta, et ideo grata deo, per fidem et dilectionem.

Habeo igitur gloriã in Chriſto Ieſu ad deum.

Per Chriſtum Ieſum qui me miniſtrum conſtituit, hanc gloriam apud deum patrem de gentibus habeo, non apud homines, qui hominum gloriam non quero. Ea igitur effari nolo apud homines, in meam gloriam, quæ per me ope-

operatus est Christus.

Non enim audeo aliquid loqui

Per iactantiam,

Eorum quæ per me.

Et ministerium meum.

Non effecit Christus in obe=
dientiam gentium.

Vt euangelio obedirent, nihil non fe=
cit Christus

Verbo.

Data mihi virtute denuntiandi euan=
gelium, simul.

Et factis.

Hoc est,

In virtute signorum, et pro=
digiorum.

Non meis viribus aut virtute, sed

In virtute spiritus sancti.

Per virtutem spiritus sancti, per quem operatur deus pater et deus filius, in verbo meo, de memet igitur nolo glo= riari. Tantũ effecit deus (iquit) per me

Ita vt ab hierusalem,

Incipiens.

Per circuitum vsq; ad illyricum repleuerim euangelium.

Edoctum euangeliũ reliquerim apud omnes illas gentes, quarũ ad christi fidem, multas adduxi. hæc per me tanquam per instrumentum non inutile, operatus est Christus, Hæc effecit Christus per me in obedientiã euangelij, vt tot gentes per meum ministerium Christo obedirent. Quid non effecit Christus inter has gentes per me? Mea igitur gloria, non est mea, neq; ex me, sed ex Christo qui p me effecit, omnis gloria.

Sic autẽ prędicaui euãgeliũ hoc, non vbi nominatus est Christus,

Antea per alios verbi ministros.

Ne super alienum fundamentum ædificarem.

In locis autẽ in quibus prædicaui ego, primũ fũdamentũ ieci, euangeliũ fidei prædicans primus omnium vt sapiens architectus, non ego, sed per me christus, eo difficilius mihi negotium erat. (1. Cor. 3.) Non ædificaui super alienũ fũdamẽtũ.

Sed sicut scriptum est. (Cap. 52.)

Vt ita aliquando fieret, longe antea per Esaiã de Christo, scriptũ inquit est

Quoni

Qnoniam quibus non eſt an=
nuntiatũ de eo, videbunt, & qui
non audierunt de eo, intelligent.
Id quod ex parte,meo miniſterio com
pleuit Chriſtus.

Propter quod,
Illis gentibus vt prius euangelizarem
Et impediebarplurimum venire
ad vos,& prohibit⁹ ſũ vſq; adhuc
Per illam eandem ſolicitudinem.

Nunc vero vlterius locum non
habens in his regionibus,
Quia compleui in illis miniſteriũ meũ.

Cupiditatem autem habens
veniendi ad vos, ex multis iam
annis præcedẽtibus,cum in Hiſ=
paniam proficiſci cæpero, ſpero
quod præteriens.
Vos in Hiſpianiam.

Videam vos, & a vobis dedu
car illuc.
Illuc iter arripiam, viſis & ſalutatis
vobis.

Si vobis primum ex parte
fruitus

fruitus fuero.
Postq̃ aliquot dies consuetudine vestra quam tantopere desidero fruitus fuerim, suauiter gustauerim.
Nunc igitur proficiscar in hierusalem ministrare sanctis.
Fidelibus qui illic sunt, ad distribuendas pecunias quæ mihi commissę sunt, et fidei meæ in hoc traditæ.
Probauerunt enim Macedonia et Achaia.
Placuit quidem illis.
Aliquam collationem facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem.
In illos fideles qui sunt Hierusalem, et collectas pecunias, illuc ad eos transmittere.
Placuit enim eis.
Hæc vltro promittere.
Et debitores sunt eorum.
Postq̃ promiserunt. Neq; coacti, neq; inuitati ad hoc fuerunt, et debitores quidem sunt propter fidei affinitatem
Nam si spiritualium eorum participes

ticipes facti sunt gentiles.
Quia fidem et euangelium communicauerunt cum eis et acceperunt, per eos qui ab hierosolimis euangelij ministros prodierunt.

Debent et in carnalibus ministrare illis.
Temporalia bona elargiendo, Sumus enim vnius corporis membra, personarum exceptionē non habet charitas

Hoc igitur cum cōsummauero et assignauero eis, fructum hunc,
Vel inter eos distribuero, vel quemadmodū mihi assignatæ traditæ sunt pecuniæ, rationem de eis reddidero.

Per vos proficiscar in Hispaniam.
Tot verbis romanos præmonet apost. de eius ad eos aduentu, pariter et plurimum laudat, tam vt præparatiores sint animo in eius aduentu, q̃ vt eius laudibus magis ac magis inuitati, et crescat et ferueat in eis Christi amor in fidei conscientiam. Hæc forte ad romanos quoq; scripsit de collatione

vt eos

Vt eos simili exemplo inuitaret. Cupio quidem fructum in vobis (inquit) habere, sicut in alijs.

Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia euangelij benedictionis Christi veniam.

Tam quod vos admodum audiendi beneuolos & opulentur eruditos inueniam, q̄ si quid deerit suppleam ego.

Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis in orationibus vestris.

Per orationes vestras.

Pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa.

Ne me per iniquitatem opprimant,

Et obsequij mei oblatio, accepta fiat in Hierusalem sanctis.

Hoc est, vt hoc obsequium de perferendis eleemosinis macedonum & achaię, tutum & securum sit, ne ab inimicis fidei intercipiantur eleemosinę,

ſed in vſum ſanctorum perferantur.

Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, vt refrigeter vobiſcum.

Poſt labores,ſolicitudines et afflictiones,vobiſcum ſuauiter refocilles.

Deus autem pacis, ſit cum omnibus vobis. Amen.

Ab eo ſolo,querenda & exſpectanda eſt omnis pax, quies, cōcordia, hāc pacē vt vos inuicē habeatis,vnice cupio.

Cap.xvj. Argumentum.

SAlutationes mittit in hoc capite, monens ut qui fideles ſunt, ab hæreticis cum primis caueant. Gratias in fine agit deo.



Ommendo autē vobis phœbem ſororem noſtram.

In fide Chriſti,

Quæ eſt in miniſterio ecclesiæ,

Quę ſuas facultates libenter in omnes fidelis diſpenſat, potiſſimū illi ecclesię

Que eſt in cenchris.

In

In illo oppido maritimo prope corynthos,

Vt eam.

Quæ nunc istuc venit, atq; hanc epistolam ad vos adfert.

Suscipiatis in domino, digne sanctis.

Vt æquum est sanctos et fideles suscipi a sanctis.

Et assistatis ei in quocunq; negotio vestri indiguerit, etenim ipsa quoq; assistit multis, et mihi ipsi.

Cum primis.

Salutate priscam et Aquilã adiutores meos in Christo Iesu.

In propagando Christi euangelio.

Qui pro anima mea,

Pro vita mea.

Suas ceruices supposuerunt.

Suam vitam in discrimen ponere non timuerunt.

Quibus non solus gratias ago, sed et cunctæ ecclesiæ gentium.

Propter

propter eorum beneuolentiam erga me & solicitudinem erga fideles omnes. Eos itaq; meo nomine salutate.

Et domesticã ecclesiam eorum.

Paruam illam fidelium congregationem, quam in domo habent.

Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ, in Christo Iesu.

Primus, qui Christo credidit, vel primus per fidei feruorem.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.

Inter vos, seu erga vos.

Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos & concaptiuos meos, qui sũt nobiles in apostolis

Viri insignes in Christi fide, iuditio Apostolorum.

Qui & ante me fuerunt in Christo Iesu.

Priores me in Christo crediderunt.

Salutate ampliatum, dilectissimum mihi in domino.

quia deum vere colit.

Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & stachyn dilectum meũ Salutate Apellen, probum.

Virum probatum, iustũ, pium, & magnæ estimationis in fide.

Salutate eos qui sunt ex Aristobili domo, Salutate Herodionem cognatum meum.

Quia iudæus est.

Salutate eos qui sunt ex Narcisci domo, qui sunt in domino.

Quia Christo credunt.

Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborãt in domino

Operam nauantes solicite, vt euangelium annuncietur.

Salutate Persidem charissimã quæ multũ laborauit in domino.

Solicita in euang. propagando.

Salutate Rufũ electũ in domino.

Propter eius fidem, charitatem, & piam conuersationem.

Et ma-

Et matrem eius & meam.

Et propter suam propriam, & propter filij fidem, qui mihi in Christo charissimus frater est.

Salutate Asyneretum, Phlegōtem, Herman, Patrobā, Hermen, & qui cum eis sunt fratres.

Salutate Philologum & Iuliam, Nereum, & sororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt, sanctos.

Fideles.

Salutate inuicē in osculo sācto.

Alter alterum salutet, alter alterum perfecte diligat, non sit inter vos simulatus amor, non sit iudæ osculum, qui de more vos mutuo osculo excipere soletis.

Salutant vos ommes ecclesiæ Christi.

Omnes hinc fideles congregationes.

Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissentiones & offendicula, præter doctrinam

quam vos didiciſtis faciunt, & declinate ab illis.

Illos fugite qui nouos errores, nouas hæreſes, nouas ſectas, nouam doctrinam inferũt, contra priorem illam ſimplicem, & rectam quam accepiſtis, cõtentioſi, & diſcordiarum ſeminatores.

Huiuſmodi enim, Chriſto, domino noſtro, non ſeruiunt.

Qui dominus eſt pacis & concordiæ.

Sed ſuo ventri.

Suis voluptatibus ſeruiunt, quęrunt quæ ſua ſunt.

Et per dulces ſermones & benedictiones.

Aſſentationes & blandiloquentiam, loquentes quæ placita ſunt.

Seducunt corda innocentium.

Ab his declinate, quæ carni, ſuauia ſunt, docent.

Veſtra enim obedientia.

Illi quam accepiſtis doctrinæ.

In omni loco diuulgata eſt.

Romanorum fidem plurimum laudat.

Gaudeo igitur in vobis. Sed

volo vos sapientes esse in bono.
Soliciti & cauti, cui fidem habeatis, & cuius doctrinæ obediatis, neq; non vt quod bonum est, bene agatis.

Et simplices in malo.
Nolite prudētes esse, i dolo, in fraude, in malitia, vt proximo noceatis, quæ carnis prudentia est. Vt hæc fœlicius agatis,

Deus autē pacis, conterat satanam sub pedibus vestris velociter
Satan, aduersarius dicitur, non itaq; tam demonem, q̄ alium magnum fidei aduersarium, aposto. hic intellexisse, nonnulli putant. vel satanam, dæmonem indicat, vna cum ministris suis, fidei persecutoribus, & contentiosis. Vt autem velociter & breui, conteratur & deijciatur.

Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum.
Quæ vos tueatur per omnia.

Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei.

Quia iudæi. Hunc Timotheum nemo nescit.

Saluto vos ego tertius qui scripsi epistolam in domino.

Eam dictante apost. Proprium eius nomen est Tercius.

Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersa ecclesia.

Tota quæ est hic fidelium cõgregatio

Salutat vos Erastus, Arcarius ciuitatis.

Cui Ciuitatis pecuniæ commisse sunt, tam vt seruet, q̃ vt forte dispenset, homo, non exiguæ estimationis, Salutat vos.

Et quartus frater.

In Christo, Iterum præcor.

Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ei autem.

Deo patri.

Qui potens est vos cõfirmare, iuxta euangelium, & prædicationem Iesu Christi.

De Iesu

De Iesu Christo, qđ vndiq; diuulgaui.

Secundum reuelationē mysterij.

De gentibus ad fidem vocandis.

Temporibus æternis taciti.

Hactenus occultati.

Quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum.

Suo tempore.

Secundum præceptum æterni dei, ad obeditionem fidei.

Vt per hanc reuelationem fidei obediant, hæc est reuelatio mysterij gentibus prius incogniti, ante prædicationem gentibus factam, scripturas non habentibus, nunc autem.

In cunctis gentibus cogniti.

Manifestati per prædicationem, ei (inquit)

Soli sapienti deo.

A quo omnis sapientia, gratias agatis

Per Christum Iesum.

Qui hoc beneficium vobis attulit.

Cui honor & gloria in secula seculorum.

AMEN.

¶ ARGVMENTVM in priorem epiſtolam ad Corynthios.



Orynthij, ſunt Achaici, & hi ſimiliter ab Apoſtolo audierũt verbum veritatis & ſubuerſi ſũt multifarie a falſis Apoſtolis. Quidam a philoſophiæ verboſa eloquentia, alij a ſecta legis Iudaicæ inducti ſunt. Hos reuocat Apoſtolus ad veram fidem, & euangelicam ſapientiam, ſcribẽs eis ab Epheſo, per Timotheum diſcipulum ſuum.



In diui Pauli priorem Epistolam ad Corynthios.

CAP.I. Argumentum.

PRæfatus suo more, Coryntbios increpaturus eos aliquando, laude dignos indicat, nunc autem de contentionibus atq; alijs peccatis arguit: quos humana sapientia seduxerunt Philosophi, quorum inanem sapientiam, stultitiam esse docet. Itaq; quos insipientes iudicat mundus, eos vt humanam sapientiam destrueret, elegit deus, ne de se glorietur quisq; sed in domino.



Aulus vocat⁹ Apostol⁹ Iesu christi.

Per Iesum Christum electus atq; ad annũtiandum euangelium missus.

Per voluntatem dei.

Qui eum ad hoc ministerium vocauit, nulla humana potestate præditum, neq; propria virtute fretum.

Et Sosthenes frater.

Fraterno amore coniunctus in propagando euangelio.

Ecclesiæ dei

Vniuersæ.

Quæ est Corynthi, sanctificatis in Christo Iesu,

Omnibus, quos per fidem & baptismũ sanctificatos purosq; effecit Christus per gratiã, iis inquit, sanctificatis.

Et vocatis sanctis,

Quia pseuerãt i fide, & p sãctę vite cõuersationẽ, eo noie digni habẽt, siml'.

Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi.

Qui Christũ colunt, eiusq; nomẽ venerãtur, & ab eo omnẽ opem expectant.

In omni loco,

Vbi vbi aut gentiũ aut locorum fuerit

Et ipsorum,

Iudæorum, qui Hierosolime sunt.

Et nostro,

In quo sum⁹ ap d' gẽtes, Mō etenĩ nõ solũ ap d' iudęos, sed ĩ oi loco terrarũ orbis, iuocãd' ẽ nom̃ dñi, iis oib⁹ ap d' vos hanc salutem dico, & præcor

Gratia vobis.

Vt a deo impartiatur.

Et pax

Et pax.

Fraterna cõcordia, mutu⁹ amor, q̃ dat

A deo patre nostro, & domino Iesu Christo.

Per dominum Iesũ Christum, qui cum deo patre, hanc nobis pacem attulit, vt dicere audeamus, abba, pater. Vt autem in vobis abundet hæc gratia.

Gratias ago deo meo.

Patri.

Semper pro vobis.

Vt permaneatis.

In gratia, quæ data est vobis in Christo Iesu.

Per Christum Iesum, vt fidem habeatis euangelio, & per hoc.

Qđ i oib⁹ diuites fcti estis i illo

Omnes spirituales diuitias ad animæ salutem accepistis ab illo, & per illum, ineffabiles quidem.

In omni verbo.

Vero & sano.

Et in omni scientia.

Eius verbi vero intellectu' quantũ vobis expedit.

Sicut

Sicut teſtimonium Chriſti con-
firmatum eſt in vobis.

Per aſſiduam veritatis prædicationē, Sic enim verum teſtimoniū de Chriſto confirmatum eſt, & per gratiam robur in vobis accepit.

Ita.

Vſq; adeo.

Vt nihil vobis deſit in vlla
gratia.

Quod ad veritatis cognitionem atti-
net. Non omnibus hæc ſcribo, ſed,

Expectantibus reuelationem
domini noſtri Ieſu Chriſti.

Hoc eſt illis qui certa fidei, futurā cre-
dunt, in poſtremo iuditio, reuelatio-
nem illam, quando pios ab impijs ſe-
parabit Chriſtus Iudex.

Qui & confirmabit vos.

Qui hæc vere creditis.

Vſq; in finem ſine crimine.

Vt nullo timore, ſed magno gaudio, reuelationem illam expectetis, quia vos conſeruabit per gratiam, vel vt oportuno tempore vos pœniteat, vt

ſine

ſine crimine aut culpa inueniamini.

In die.

Vltimi.

Aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti.

Eius glorię participes futuri, Tunc enim nihil nō reuelabitur, & vnuſquiſq; ſecundum quod hic geſſit, mercedem accipiet, hæc vero verbo ſuo docet.

Fidelis deus.

Pater.

Per quem.

Nobis iam reconciliatum.

Vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti domini noſtri

Vt eius quoq; filij vocemini, & ſitis, in benigniſſimā & iocundiſſimam ſotietatem, ea eſt per Chriſtum opulentiſſima redemptio, vt omnes qui credant in eum, dederit eis poteſtatem filios dei fieri, Cum igitur tanto benefitio donati eſtis.

Obſecro vos fratres, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti.

In quo ſolo nomine, ſalui facti eſtis.

Vt id=

Vt idipsum dicatis omnes,

Vt sit vna veritas in ore vestro.

Et non sint in Vobis,

Inter uos, vlla:

Scismata.

Vllæ dissentiones, vllæ charitatis & vnitatis, fractiones.

Sitis autem perfecti,

In charitate, quantum fieri possit.

In eodem sensu, & eadem sententia.

Ex vnico sensu, proficiscatur vnica sententia necesse est, vnanimitas verborum & factorū. Longe abest a nobis in hac nostra tempestate hæc gratia. Ad multos quoq; ex Corynthijs, ait apos. Vos (inquit) non itidem facitis.

Significatum est enim mihi de vobis fratres mei,

Quos arguit, fratres pro mansuetudine vocat.

Ab ijs qui sunt Chloes,

A domesticis ipsius viri Chloæ.

Quia cōtentiones sūt inter vos.

Iam dudū ortæ:

Ego autem dico,
Vobis.
Quod vnusquisq; vestrum dicit.
Per contentionem, Sic enim mihi relatum est. Alter alteri dicit.
Ego autem sum Pauli,
Eius discipulus & sectator.
Ego autem Apollo:
Inquit alter, qui Paulo dignior est.
Ego vero Cephæ,
Petri (inquit tertius) primi apostolorũ
Ego autem Christi.
Inquit quartus, probe quidẽ ille, si abesset cõtẽtio, ego quidẽ vobis Corynthijs dico, diuisi estis, sicut ethnicorũ discipuli in varias tanq̃ sectas, solum Christum apud vos docuimus.
Nunquid Christus diuisus est?
Quis vestrũ audet hoc dicere? Christi vnica veritas ẽ, vna doctrĩa, i eũ vna fides. Cur ergo ab ei⁹ nomĩe disceditis?
Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis?
Et p eũ redẽpti estis? vt relicto Christo.

Paulum iam sequamini?
Aut in nomine Pauli, nunquid baptizati estis?
Vocati ad societatem filij dei, per spiritus sancti operationem i baptismo? Nonne in Christi nomine baptizati estis omnes? & ei in baptismo omnem fidem promittitis?
Gratias ago deo meo, quod neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Caiũ, ne quis,
Vestrum, falso.
Dicat,
Aut dicere possit.
Quod nomine meo baptizati estis.
Vt inde vllam contentionis ansam habeatis. Iam alios quoq; memini quos baptizaui,
Baptizaui & Stephanæ domum
Totam familiam.
Cæterum nescio,
Non memini.
Si quem aliũ baptizauerim, non enim

enim misit me Christus baptizare,

Præcipue ad hoc ministerium.

Sed euangelizare.

Huic negotio incumbere, quod longe maioris solicitudinis ē, vtrunq; sanctū & necessarium. Alterum nulli ecclesiæ ministro non datur. Alterum quidem præcipuum donum est, & paucis datū a deo, cū sint varia dona spiritus sancti Me autem præcipue misit Christus euangelizare.

Non in sapientia verbi,

Non curioso verborum ornatu.

Vt non euacuetur crux Christi.

Vt paruæ estimationis videatur crucis virtus, si verborum lenocinio egeret. Non enim crucis virtuti, sed verborū vehementiæ imputaretur, quod talem doctrinam sequeretur populus, vt ab ethnicis philosophis fieri solet. Sed aliter longe est,

Verbum enim crucis,

Prædicatio de morte Christi quæ simplex est & humilis.

Pereuntibus quidem,

Incredulis,

Stultitia est:

Cum ad eam humana ratione, attingere nesciant.

Ijs autem qui salui fiunt,

Credentibus,

Id est nobis,

Qui verbo fidem habemus,

Dei virtus est.

Quæ credentem, a diaboli seruitute, a peccato, a dãpnatione liberat. Adherere igitur nolite humanæ sapientie,

Esai.29. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiã prudentium, reprobabo,

Ait deus per prophetam, Cum se itaq; sapientes dicant, stulti facti sunt. Nõ igitur humana sapientia doctos, ad denuntiandum euangelium vocauit Christus. Ait enim Apost,

Vbi sapiens?

Humana philosophia eruditus? vocatur ne ad euangelium?

Vbi scriba?

Qui legis sciẽtiam iactat? Eorum nemo vocatur ad hoc munus.

Vbi inquisitor huius seculi?

Peritus negotiator, & rerũ humanarũ solicitus ĩdagator? huius mundi sapientes sunt hi, quos reijcit de9, illi prudẽtiæ innitẽtes. Ergo animaduertite,

Nonne stultitiam fecit deus sapientiam huius mundi?

Perspicuum est,

Nam quia in dei sapientia,

Per dei sapientiam, qua mundum & pulcherimam eius machinam condidit, quo quod notum est dei, manifestum est ilis. Ro. 1.

Non cognouit mundus per,

Illam dei,

Sapientiam, deum:

Qui eam illis manifestam fecit, per eas quas condidt creaturas mundi, ideo,

Placuit deo per stultitiam prædicationis,

De Christi morte, & resurrectione, per simplices & ideotas,

Saluos facere credentes.

Qui relicta prorsus omni humana ra-tione, ſimplici verbo dei fidē habuerūt Ab illis autem prudentibus huius ſe-culi, longe abeſt fides.

Quoniam & Iudæi,

In lege docti, & litteræ adherentes.

Signa petunt.

Math. 12. Volumus (inquiūt) a te ſignum videre, verbo nullam fidem habentes, ſed reſ-ponſum acceperunt a Chriſto.

Et græci ſapientiam querunt.

Humanam illam inueſtigant, plus non credentes, q̄ humana poſſit ratione comprehendi.

Nos autem,

In vero verbo.

Prædicamus Chriſtum,

Hominem.

Crucifixum,

Mortuum, & deum & hominem re-ſurrexiſſe, in omnium credentium re-demptionem, id quod,

Iudæis quidem ſcandalum.

Eſt, lapis offentionis, qui futurum regnum per eorum Meſſiam, ſtulte in

hoc

hoc ſeculo expectant.

Græcis autem ſtultitiam.

prædicare videmur, cum humanam omnem rationem cui ſoli innituntur illi, tam ſuperat, tam ſupereminet.

Ipſis autem vocatis iudæis, atq; græcis,

Qui veritati credunt.

Chriſtum dei virtutem, & dei ſapientiam.

Vtiliter prædicamus, quia fidem habent, dei ſcilicet virtutem, & dei patris ſapientiam, eſſe Chriſtum filium, per quem fecit & ſecula, hoc eſſe certum & verum certa fide agnoſcunt. Ad hebre. I:

Quia quod ſtultum eſt dei,

Quod illis incredulis ſtultum videtur de deo, mortem & reſurrectionem prędicare.

Sapientius eſt hominibus.

Nulla humana ratio ad hanc ſtultitiam attingere poteſt.

Et quod infirmum eſt dei,

Infirmũ & debile videtur, quod morte afficitur, de deo prædicare, ſed,

Fortius est hominibus.

Longissime, aut omnem humanam rationem, aut sapientiam, aut fortitudinem, vincit hæc infirmitas, quæ illis videtur in deo, quando, eius mors prædicatur. Virtus latens est ab omni humana sapientia, sola fide cognoscibilis Sileat igitur omnis humana ratio, quoties de deo fiunt verba.

Videte igitur vocationem vestram fratres,

Quæ nō humana ratione, sed fide constat, Vos ipsi iudices estote.

Quia non multi sapientes secundum carnem,

Qui carnali & humanæ innituntur, sapientiæ, vt Christum denuntient vocantur,

Nō mlti potētes, nō mlti nobiles

Vocantur ad hoc negotium, vt vel humana sapientia, vel humanis viribus, vel nobilitatis splendore, euangelium adauctum putet aliquis.

Sed quæ stulta sunt mundi,

Quæ mundo videnur stulta, ab humana rōne aliena, & quæ in mundo nihili estiman-

estimãtur, pauperes, ideotas, simplices
Elegit deus,
Quæ eius negotium agerent,
Vt confundat sapientes:
Qui se vident ab his contemptibilibus, ineruditis, & ideotis superari. Sic enim
Et infirma mundi,
Debiliores qui erant in mundo,
Elegit deus,
Ea causa,
Vt confundat,
Superet vincat.
Fortia:
Huius seculi potentiam,
Et ignobilia mundi,
Contemptiores qui videbantur huius seculi iuditio,
Et contemptibilia, elegit deus,
Homines ignobiles,
Et ea quæ non sunt,
Quæ non videntur esse in mundo, aut digna quæ de mundo iudicentur, propter insipientiam ignobilitatem, & paupertatẽ, elegit de9,

Vt ea quæ sunt,

Quæ maximi in mundo estimantur.

Destrueret.

Vinceret, subigeret, deleret infidelitatem, idololatriã destruxit, fidem quæ saluet solidauit. Peccati superbiam, & peccati patrem deiiecit, humilitatis sapientiam quam ridet hic mundus, exaltauit, hæc omnia per eum.

Vt non glorietur omnis caro,

Vllus homo.

In conspectu dei.

De se, aut sapientia, aut potentia, aut nobilitate sua glorietur, quod Christi fidem propagauerit.

Ex ipso autem,

Deo, & eius beneficio, non vestra sapientia,

Vos estis in Christo Iesu.

Vos estis per Christum Iesum, ex vocatis ad eius fraternitatem.

Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

Neq; enim sapientiam, neq; iustitiam,

neq;

neq; sanctificationem, qua pie viuimus, neq; vllam redemptionem habemus, nisi ex ipso & per ipsum.

Vt (quemadmodum scriptum est) qui gloriatur, Hiero. 9.

Si quis gloriari velit, aut de sapientia aut potentia, aut nobilitate, aut quauis alia virtute, vl' corporali vl' spūali.

In domino glorietur.

Eius beneficium agnoscat, ei soli gratias agat.

CAP. II. Argumentum.

Qvemadmodum in superiori capite, ab humana sapientia dehortabatur, ita & in hoc Cap. se ait non uenisse ad Corynthios, in Verborum elegantia, sed simplicia & arcana de Christo Iesu docuisse, quæ a spiritu sancto didicit, neq; ea ab alio, q̄ a spirituali homine intelligi.



T ego cum venissem ad vos fratres.

Euangelium denunciaturus,

Veni non in sublimitate.

Et elegantia,

Sermonis,
Vt eloquentiam ostentarem,
At sapientiæ,
Humanæ, philosophorũ & eiusmodi,
Annũciãs vobis testimoniũ xp̃i
Quæ ab eo, & de eo didici,
Non enim iudicaui me aliquid
scire inter vos:
Denuntiatione dignum,
Nisi Iesum Christum,
Nostra causa hominem factum,
Et hunc crucifixum.
Mortuum, & resurrexisse,
Et ego,
Apud vos hæc prædicaui,
In infirmitate,
Nulla humã potẽtia fret⁹, propterea,
Et tiore & t̃ore mlt̃o, fui apd̃ vos
Inter tot inimicos & Christi aduersarios. Nullas tñ humanas uires adhibui
vt quẽuis ad meã doctrinã cogerem.
Et sermo meus, & prædicatio
mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis,

Non

Nō eloquētia,nō humā quis sapiētia; vsus sū,vt aut arte rethorica,aut philosophorū tēdiculis,vos aut deciperem, aut in meam sententiam traherem,

Sed ī ostētiōe spirit⁹ & virtutis,

Fui apud vos,& sīplici sermōe vsq; adeo vsus sū. paup,sine vlla ope humana, vt nullus non intelligat spūs sancti opus esse,& virtus verbi dei,qđ Christū a me p̄dicatū, certa fide accepistis, relicta & spreta priore idololatria.

Vt fides vestra non sit in sapientia hominum,

Id quod manifestum est,

Sed in virtute dei.

Qui ī verbo,& cū verbo suo operatur. Quicqd aūt huius seculi sapiētibus uidetur, calumnientur quantū velint illi,

Sapientiam autem loquimur inter perfectos,

Inter eos qui sermoni nostro fidem habent, qui intus in corde, hanc sapientiam sentiunt, & eorum animos conuertit ab hoc mundo, ad omnem pietatem, sapientiam inq̄ sentiunt,

Non huius seculi,

Aut

aut Rethorum, aut Philosophorum,

Neq; principum huius seculi,

Qui omnia maturo consilio agere vi-
dentur,

Qui destruuntur,

Vna cũ omnibus cõsilijs contra Chri-
stũ. Est etenim deus quem prædica-
mus, qui destruit consilia principum,
hanc igitur sapientiam non loquimur,

Sed loquimur dei sapientiam
in misterio,

Quod huius seculi sapiẽtibus abscon-
ditum est, & reuelatũ paruulis, eius-
modi etenim sapientia hæc est,

Quæ abscondita est,

Diu latuit ab hoc sęculo.

Quam prædestinauit,

Futuram præordinauit,

Deus ante secula,

Ante mundi principium,

In nostram gloriam.

Qui fœlicissime i hac ætate viuimus,
qua reuelatur tanta gratia.

Quam nemo principum huius
seculi, cognouit,

Neq; Herodes, neq; pilatus,neq; Caiphas, neq; sacerdotum principes,

Si enim cognouissent, nunq̃ dominum gloriæ crucifixissent.

Eum nõ morte affecissent, a quo tantũ beneficium sperassent. Est quidẽ inenarrabilis hæc gloria,

Sicut scriptum est, Esa.64.

Per hunc dominũ,eum expectantibus futurũ,p̃paratũ(iquit)ẽ expectãtib⁹ te

Quod nec ocul⁹ vidit, nec auris audiuit, nec i cor hois ascẽderũt, quæ p̃parauit de⁹,ijs q̃ diligũt illũ

Nemo diligit, nisi credat, nemo credit nisi cognoscat. Incumbamus igitur vt cognoscam⁹,& credamus,& diligam⁹.

Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum,

Ipsã porẽ diuinã sapiẽtiã,ip̃a misteria & arcana,tã diu ab homib⁹ abscõdita

Spiritus enim,

Ille sanctus,spiritus dei,

Omnia scrutatur,

Nihil non inuestigat, nihil eum fugit.

Etiam profunda dei,

Occul-

Occultissima, abstrusissimaq;, & eã docet quãdo & quibus vult, Ab hac scientia longissime abest omnis homo.

Quis eni hominũ scit, quæ sũt hõmis? nisi spũs hominis qui i ipo ẽ?

Caro, stipes est. & stupidum cadauer, spũs autẽ homis, sẽsu & intellectu dotatur, vt mẽtis arcana scrutetur & cognoscat. Et sicut nemo cognoscit quæ intus latẽt in homine ; nisi spiritus eius.

Ita quæ dei sunt,

Arcana & abscondita,

Nemo cognouit, nisi spiritus dei.

Hominem docuerit,

Nos autem,

Qui euãgeliũ recipimus & ei credimus

Non spiritum huius mundi accepimus,

Non ab humana sapientia hausimus,

Sed spiritum qui ex deo est,

Accepim⁹, q̃ nos oẽm veritatẽ docuit,

Vt sciamus,

Cognoscamus & discernamus,

Quæ a deo donata sunt nobis,

Ab illis quæ docet mũdus. Quę aũt docet

cet dei spiritus, & certa, & vera, & cre-
denti vtilissima sunt,

Quæ & loquimur,

Palam denuntiamus,

Nō i doctis humāę sapñę verbis:

Nulla humana eloquentia, aut affe-
ctata humana quauis sapientia,

Sed in doctrina spiritus,

Quę spiritus sanctus docet, hęc loqui-
mur, non in omnium vtilitatem,

Sed,

Loquimur,

Spiritualibus,

Qui carñ exuerūt, & spūs vita delectāt

Spiritualia,

Quę docemus, illis,

Comparantes

Vt vtilitat ex doctrīa spūs, accipiāt illi

Animalis autem homo,

Carnal', q̇ scd'm carnē viuit, & carnis vo-
luptate se delectat, & spūs cōsiliū spnit

Non percipit ea quæ sunt spi-
ritus dei,

Carnis mole impeditus, & eius malitia
quę pugnat aduersus spiritum,

Stultitia

Stultitia enim est illi,
Quod docet spiritus sanctus, humanæ voluptati & rationi contrarium.
Et non potest intelligere,
Quæ ad spiritum pertinent,
Quia spiritualiter examinatur.
Tius internam conscientiam, appellat spiritus sãctus, cuius spirit⁹ (adeo præmitur carne) vt quę spiritualia sunt, neutiq̃ intelligere possit.
Spiritualis autem,
Homo, qui spiritu viuit & regitur,
Iudicat omnia,
A bonis discernit mala, doctrinam spiritus intelligit a doctrina carnis, spiritus ea quę spiritualia sunt accipit,
Et a nemine iudicatur.
Carnem vero potest, spiritum autem, mortalis nemo iudicare potest, Illum enim solus deus iudicat.
Caro non intelligit quę dei sunt, nec intelligere potest,
Esa. 40. Sicut scriptum est, Quis enim Mortalium,
Cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum?

O magnam hominum dementiam, quę os in cœlū ponit, atq; ea quæ dei maxime abscondita sunt, iudicare, & indicare stultissime nititur. Homini de deo abscondita sunt omnia, neq; vllus illi intellectus est, nisi aut quē docet verbum dei, aut quæ ex creaturis perspicitur, aut quæ spiritus sanctus per internā & latentem inspirationem, spiritum hominis docet.

Nos autem,
Qui in Christum credimus,
Sensum Christi habemus,
Voluntatem eius scimus & intelligimus, quia carne abiecta, spirituales efficimur, & spiritum nostrum docuit spiritus sanctus, quem post eius ascensionem misit Christus, vt omnem veritatem doceret.

CAP. III. Argumentum.

Non est utilis doctrina dei, nisi spiritualibus, Corynthios dissentientes, reprehendit, eos neutiq̃ spirituales esse docens, admonetq; Ut non in hominibus glorientur ecclesiæ administratores, sed in Christo Iesu, quem eum fide per gratiam acceperunt, Super hanc fidem & eum hac fide monet solicite bona opera faciant, Ut exercitii & boni laboris, mercedem tandem recipiant.



T ego fratres
Cum apud vos prima fidei rudimenta
ponerem, cũ adhuc
rudes & toti carnales essetis,

Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed carnalibus,
Quamobrem,
Tanq̃ paruulis in Christo,
Nouitijs & infantibus,
Lac vobis potum dedi,
Mollem in illo principio doctrinam, quæ vos alliceret, non auerteret, atq;
Ad hebre. 6 inchoationis Christi sermonem,
Non escam,
Non solidum & duriorem cibum.

Non

Non dum enim poteratis:
Eius capaces ad huc non fuistis, quia non ſpirituales effecti fuiſtis,
Sed nec nunc quidem poteſtis;
Cauſa eſt,
Ad huc enim carnales eſtis.
Carnis opera facientes.
Cum enim ſit inter vos zelus;
Inuidia,
Et contentio,
Cum ſitis tam alieni a charitate,
Nonne carnales eſtis?
Moribus ſpiritui aduerſariis?
Et ſecundũ carnem ambulatis?
Quæ mortis via ē, Si ſecũdũ carnē vixeritis, Carnis aũt opa ſunt, inimicitiæ, iræ, rixe, diſſentiones. quæ inter vos nimium valent, frequentioraq; ſunt. Ad Galat. 5.
Cum enim quis dicat,
Apud vos,
Ego quidem ſum Pauli,
Illi adhæreo, eius ſectator ſum,
Alius autem,
Dicat,
Ego Apollo,

Illius discipul⁹, Hic est Apollo, quem tantopere laudat aposto, Actor. xviij. More philosophorum propter præceptores, in varias quasi sectas diuidebantur, id quod magis mirum est, in vna veritate, Lõge acerbior est nostrę ætatis dissẽtio, faciat deus cũ sibi visũ fuerit, vt sileãt dolosæ liguæ, Cũ hæc, p contentionem dicatis, tãq̃ aduersarij,

Nonne homines estis?

Vere carnales?

Quid igitur est Apollo?

Eum ne putatis deum aliquem esse?

Quid vero Paulus?

Quid iũcti, sumus ãbo? nõ alij plane q̃,

Ministri eius cui credidistis.

Christi Iesu scilicet, Ab eo quicquid habemus accepimus,

Et vnicuiq;,

Nostrum, elargitum est donum,

Sicut dominus dedit.

Secundũ mensurã donationis Christi. Ecce ministerium quidem nostrum,

Ego plantaui,

Primus euangeliũ apud vos denũciaui fundamentũ ieci, boni fructus arborẽ,

in terrenis cordibus vestris figere solicitus fui,

Apollo,

Qui me sequebatur, eandem arborem

Rigauit,

Eiusdem doctrinæ fluuio, ne siccitate flaccesseret,

Sed deus incrementum dedit.

Sine quo inutiles fuissēt nr̄i labores, Nā queēadmodū nihil ex nob̄ bene & vtilit̄ loquimur, ita nisi affuerit deus ea quæ loquimur ad maturitatē & pfectionem crescere faciat, inutile nostrū opus est,

Itaq;,

Hoc velim sciatis,

Neq; qui plantat,

Paulus,

Est aliquid,

Quod vobis sit vtile,

Neq; qui rigat,

Apollo: aliquid est, vt vel me vel illum magnifaciatis pro nostra virtute,

Sed qui incrementū dat, deus.

Ille quidē dn̄s ē, eius vt sitis discipuli, omnē curā adhibete, deo, nō cuiuis homini adherete, non quę docet hō, sed

Quæ deus per hominem ministrum suum docet, accipite.

Qui aũt plãtat & q̇ rigat, vnũ sũt

Homines scilic3, suã operã nauãtes deo

Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet,

Non secundum solam fidem, sed,

Secundum suum laborem.

Quem cum fide nauat, decẽ lucratus, super decem ciuitates cõstituetur, laboris, solicitudinis, boniq; operis mercedem a deo, nõ fidei recipies, Laboramus deo, ministri eius,

Dei enim sumus adiutores,

Cooperatores, paulo plus q̃ securis, fabro lignario seruit, nihil enim ex nobis facimus, quod bonũ est. Nos tanq̃ agricoli, vos autem,

Dei agricultura estis,

In quibus bonũ semen verbi dei seminauimus, cui nostro labori, icrementũ dedit de⁹, Nos itaq; nihil in vobis vẽdicamus. Dei enim sũt omnia, Nam &,

Dei ædificatio estis,

Non enim nos domũ ædificauimus, vt sitis templũ dei, ipse est qui ædificat &

solidat, solus deus. Frustra laborat quisquis est, nisi domum ædificauerit ipse. Sic domus dei estis, & domestici fidei. Ego autē indignus dei minister,

Scd'm gr̄am dei q̄ data ē mihi,

Ad denunciandum euangelium,

Vt sapiens architectus,

Quem spiritus sanctus edocuit,

Fundamentum posui:

Primus apud vos, prioris domus fundamentum ieci.

Alius autem,

Apollo qui me sequitur,

Superedificat.

Siue Apollo fuerit, siue alius quisq̄,

Vnusquisq; autem videat,

Prudens & cautus sit,

Quomodo superædificet.

Ne aliter doceat euangeliū, q̄ docuimus nos, vt quæ faciat omnia, fundamento respondeant,

Fundamentum enim aliud,

Huic ædificio congruum,

Nemo potest ponere, preter id quod positum est:

A me architecto per gratiam

Quod eſt Chriſtus Ieſus.

In quem niſi veram & certam fidem habuerimus, nullum eſt opus noſtrum, quod poſſit placere deo, non eſt igitur in fide, totũ, ſed opus eſt fide, vt fũdamento, vt bona opera superędificet,

Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc,

Super hanc fidem in Chriſtum,

Aurum,

Verbi dei puram denunciationem ſolicite, quæ alia omnia opera longe ſupereminet,

Argentum,

Obedientiam huic verbo dei, ſolicitus in bona opera, quia ſic mandat deus, cuius voluntas fidelem quemq; delectat, ſuper milia auri & argenti,

Lapides prætioſos,

Reliquum virtutum omnium chorum, charitatem, humilitatem, manſuetudinem, miſericordiam, patientiam, in omnibus aduerſis, maxime in Chriſti negotio, Contra vero, ſi quis ædificet ſuper hoc fundamentum,

Ligna,

Huma-

Humanam doctrinam quæ cum verbo dei nõ quadrat, rem vilem & facile cor ruptibilem, si cum auro conferas, vt est omnis humana sapientia.

Fœnum,

Vel bona opera sine fide & charitate, vel vanam gloriam, quam sibi querit, suam curiosam doctrinam, fumo, (vt combustum fœnũ) & vanitate plænam.

Stipulam:

Humanas traditiones verbo dei contrarias, falsam doctrinam, hæresim, seditionem, Veniet hora, quando,

Vniuscuiusq; opus manifestũ erit, dies enim domini declarabit:

Dies iuditij omnia manifestabit, quę premio & mercede, quęq; pena & supplicio digna sunt.

Quia in igne,

Et per ignem,

Reuelabitur,

Quod bonum quodq; malum est, Alia res nulla est, quę q̄ ignis, tam exacte purgat & examinat, Sic argentum, aurum, aliaq; metalla, a fœcibus, purgat, pura ne sint: examinat, ignis erit vndiq;

in die iuditij, ignem nemo fugiet,

Et vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit,

Et igne non consumatur, vt aurum solidum, argentum, & lapides prætiosi,

Quod,

Opus bonum, & deo gratum,

Superædificauit; mercedem accipiet.

Secum afferet opera sua bona.

Si cuius opus arserit:

Igne consumitur, vt lignum, fœnum, stipula,

Detrimentum patietur.

Per damnationē, nudus a bonis operibus, qui in hac vita, aut aurum, aut argentum, aut præciosos lapides, superædificare neglexit. Dicetur enim illi, esuriui, & non dedisti mihi mãducare. sitiui, & non dedisti mihi potum: dignus qui discedas in ignem eternum,

Ipse tamen saluus erit:

Qui aurū, argētū & præciosos lapides, non qui lignum, fœnum, & stipulam superædificauit

Sic

Sic tamen quasi per ignem.

Qui maculas purgat, Nemo sine peccato viuit, delicta quis intelligit? Nemo sine macula, vel vnius diei infans. Purgentur hæ maculæ necesse est, non alio modo q̃ per ignem, quãdo sic disposuit deus, Non totus ardebit, sicut prior ille, sed ignem transiẽs, quasi per ignẽ, saluabitur, hoc est, purgabitur, vt sine macula saluetur, Saluatur autẽ per gratiam, qua datur fides cum obedientia, quæ bona opera superędificat. Vel saluus erit qui detrimentum patietur, quia neruus eius nõ moritur, sic tamen quasi per ignem, detrimentum patietur. Nõ enim corporalis ignis est, qui affligit incorporalia, vnusquisq; ergo videat, quomodo superędificet, fugite a peccato, estote bonis operibus candidi,

Nescitis quia templum dei estis?

Dei ędificatio, domus dei?

Et spiritus dei habitat in vobis?

Si recte Christũ noueritis, & super fidem in illum, aurum, argentum, & pretiosos lapides, superędificaueritis,

Si quis autem templum, dei

violaue-

violauerit:
Falsa doctrina verbi minister, aut vita fœditate peccator, nisi in tempore pœnituerit,
Disperdet illum deus,
Et in æternum peribit,
Templum enim dei sanctũ est,
Sanctificatum est per sanam doctrinam, fidem, & baptismum,
Quod estis vos.
Multi ex vobis qui frustra Christum non accepistis,
Nemo se seducat,
Nemo seipsum philautia decipiat,
Si quis videtur,
Sibiipsi,
Inter vos esse sapiens, in hoc seculo,
Qui sibi plurimum de huius mundi sapientia, tribuit,
Stultus fiat,
Ei sapientiæ nõ innitatur sed eam potius dediscat, negligat, a memoria deijciat, quouis modo eam non agnoscat, huic mundo se stultum, ineruditum, & insipientem ostendat, & simplicem

plicem veramq; sapiētiam de Christo discat,

Vt sit sapiens.

In cœlesti doctrina, & huic mundo stultus. Deo autem sapiens.

Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud deum,

Quia pessundat hominem, in detrimentum inducit, non conuenit cum profanis sacrum, quod stultum est dei, sapientius est hominibus huius mūdi sapiētia stultos facit, quia perire facit,

Scriptum est enim, Comprehendam sapientes in astutia eorū, Iob.5.

Quia in foueam suam cadent, qui veritatem & omnem simplicitatem contemnunt, astuti, cauti, subdoli,

Et iterum dominus, Psal.93.

Ait,

Nouit dominus cogitationem hominum, quoniam vane sunt,

Mendatio, astutia, vana gloria plenæ/

Nemo itaq; glorietur in hominibus,

In humana sapientia non se delectet,

Quod

Quod autem ad nostram doctrinam attinet, nobis nihil tribuimus,

Omnia enim vestra sunt:

Omnia vestra causa facimus, vestrę vtilitati seruimus. Nihil est ĩ mũdo quod non vobis obsequitur & seruit,

Siue Paulus, siue Apollo, siue cephas, siue mundus,

Ea quę in mũdo sunt, vestra causa creata,

Siue vita, siue mors,

Vita vestra est, vt viuatis deo. mors, vt hinc, post bonę vitę conuersationẽ, in ęternam gloriam transferamini,

Siue presentia,

Quęq; sunt bona,

Siue futura. omnia enim vestra sunt:

Iterum hoc repetit, consolationis vestrę gratia, vt sciatis quantum a deo diligimini, qui omnia in vestram vtilitatem pręparauit, omnia enim vestra sunt,

Vos autem Christi,

Congruit vt eius sitis, qui vobis hæc omnia dedit, Vos autem Christi,

vt



Vt ei seruiatis, qui alia omnia in vestrā vtilitatem deputauit

Christus autem dei.

Patris est, quem in mundum misit, vt eius voluntatē expleret, facio (inquit) voluntatem patris mei. Eo igitur exemplo, simus & nos studiosi, vt Christi voluntatem faciamus.

CAP.IIII. Argumentū.

NE glorientur in quouis homine, monet, Se autē ministrum & seruum asserit, hominum laudes nihili facit Qui omnia dei causa, patitur & facit, a solo deo laudes expectet,

Ne vel Paulo, vel Apollo vel cephæ, adhæreatis.



Ic nos existimet homo,

Nō vt dominos nostra potestate prędítos, sed,

Vt ministros Christí,

Vt missi, eius euangelium denuntiem9

Et dispensatores mysteriorum, Arcanorum,

Dei

Dei.
Sumus, quæ a seculo ad hoc vsq; tem. pus præfinitum, huic mundo abscon. dita fuerunt. Probus dispensator, oiā pro tempore & loco, prudēter dispen. sat, atq; disponit, Id quod in alia re nulla tam requiritur, q̄ i verbi dispen. satione, Ait propterea apost.

Hic iam queritur inter dispen. satores,

Illud vnicū exigitur ab illis necessario, vt quisquis huius rei dispensator ha. beri & esse velit,

Vt fidelis quis inueniatur.

Vt alia nō doceat in ecclesia dei, q̄ quę verbo dei consona sunt, vt per eius au. ream doctrinam, argentum & pręcio. sos lapides superędificet populus, ho. minum iuditium non expectans, quos fallit veritas, Sic enim ait apost,

Mihi autem pro minimo est

Nihili prorsus ęstimo,

Vt a vobis iudicer,

Qui homines estis, nonnūq̄ aut ignari, aut seducti,

Aut ab humano die,

Vt

Vt ab humano iuditio pendeā, quod erroneum est & instabile, qui me forte, vel Apollo, vel cephæ præferunt,

Sed neq; meipsum iudico.

Non sum ausus vt mihi de memet iuditium arrogem, quantūuis mihi animus est, vt pro vocatione seruiā, propterea,

Nihil mihi conscius sum:

Quia fidem seruasse mihi, videor,

Sed in hoc,

Propter hoc,

Non iustificatus sum.

Delicta quis intelligit?

Qui autem iudicat me, dominus est.

Quem nihil latet, iustus iudex, cordiū, arcanorum & rerum omniū scrutator.

Itaq; nolite āte tēpus iudicare,

Vos Corinthij,

Quoadusq; veniat dominus,

In die illa magna,

Qui & illuminabit abscondita tenebrarum:

Quæ nunc in alto, recessu, in cordibus hominum latent.

Et manifeſtabit,
Secretiora.
Conſilia cordium. & tunc erit laus vnicuiq;,
Non ab homine, ſed,
A deo.
Prout quiſquis hic i corpore meritus eſt, vitę conuerſatione & factis, Interim cęca eſt omnis hominis laus, qui operantis animum neſcit. In meliorem partem interpretemur, quicquid boni ſpetiem pręſefert,
Hæc autem fratres,
Quę iam ſcripſi,
Transfiguraui in me, & Apollo,
Alios nolēs irritare, i perſonas noſtras rem tranſtulimus, loquentes de nobis, non ſolum propter nos, ſed,
Propter vos: vt in nobis diſcatis,
Per ea quæ dicta ſūt in perſona noſtra
Ne ſupra q̄ ſcriptum eſt,
Aliter q̄ ſcripſimus in hac epiſtola,
Vnus,
Veſtrum,

Aduer,

Aduersus alterum, infletur,

Superbiat propter preceptorum dignitatem, inflet ur inq̃,

Pro alio.

Vel Paulo, vel Apollo, vel cepha, cum simus omnes ministri, dignitatem vero iudicabit deus, Interim superbire nolite propter nos, alter altero, non se meliorem iudicet, propter nostrum aliquem, temet de teipso iudicem facio,

Quis te discernit?

Aut discernere potest, & animi tui arcana scrutari, vt te alio meliorem iudicet? hominum, nemo. Solus est deus qui hoc discernit, Quod si de temet glorieris.

Quid habes quod nõ accepisti?

A deo,

Si autem accepisti,

Id quod certum est,

Quid gloriaris, quasi non acceperis?

Quasi tuum esset, atq; ex te? ho con. tẽtiosos corinthios, per ironiam nunc alloquitur,

Iam ſaturati eſtis, omni ſcientia abundatis, Vobis non opus eſt vel me, vel quouis alio præceptore,

Iam diuites facti eſtis,

Ad ſaturitatẽ vſq;, amplius nõ queritis

Sine nobis regnatis,

Tantum vobis arrogatis, vt veſtro inflato iuditio, dignos nos iudicetis regno dei, ad eam perfectionem perueniſſe, apud vos videmini. Excitato quodã animo, ſcripſiſſe videtur apoſtolus, pro charitate erga eos. *Sine nobis ergo regnatis*, me vel alio quouis præceptore, non opus eſt vobis.

Et vtinam regnetis.

Vos tam vere perfectos opto, q̃ vos imprudenter de vobis putatis,

Vt & nos vobiſcum regnemus.

Qui præceptores veſtri fuimus, Opus enim noſtrum eſtis in domino, ſperantes pro noſtra ſolicitudine, vobiſcum regni fore participes, ſed nos contemnere videmini,

Puto enim,

Id quod me putare cogũt, mores veſtri

Qđ de⁹ nos apoſtolos nouiſſiõs

Infimos

Infimos, abiectissimos,

Ostendit,

Nihili estimationis homines(vestro id iuditio videt̃)qui apd̃ vos euãgelij fũdamẽtũ iecim⁹,digni qui despiciamur.

Tanq̃ morti destinatos,

Vitam non habentes in horam,iam inutiles,hæc ideo putatis,

Quia spectacl̃m fc̃ti sum⁹ m̃do,

Toties nos persecuntur homines, toties ad tribunalia, ad verbera,ad publicas pœnas trahimur, spectante populo,

Et angelis,

Dæmonibus quoq; læte spectantibus, cum maligno populo,

Et hominibus,

Inq̃ malignis, Sic enim,

Nos stulti,

Huic mundo videmur,

Propter Christum.

Qui tanta patimur pro Christo,

Vos autem prudẽtes in Christo,

Qui sine persecutiõe securi viuitis,atq; etiã(vt vobis videt̃)quadã vestra vitæ suauitate, Christo viuitis, Itaq;,

Nos infirmi:

Vobis videmur, q̇ tāta patimur, debiles estimatione īdigni, nihili homines,

Vos autem fortes.

Qui aut ad sāguinē vsq;, aut vllā molestiā nō cōtēditis, fortes (vt vob videmini) in psecutiōe, añ vllū psecutiōis sēsū, res plane facilis iexpto, nos īfirmi, qui patimur, amicis in hoc mūdo nudati,

Vos nobiles:

Magna estimatione inter homines, cōspicui, splendidi,

Nos autem ignobiles.

Paruæ estimationis apud hoīes, squalidi, pānosi, vere pauperes ī hoc seculo,

Vsq; in hanc horam,

Post susceptum officiū euangelizandi,

Et esurimus & sitimus,

Sepenumero,

Et nudi fuimus,

Male vestiti, vestibus spoliati,

Et colaphis cædimur

Aspere nonnunq̄ vapulamus,

Et instabiles sumus,

Cogimur subinde, locum mutare, pericula euitare, quia de ciuitate in ciuitatem

tatem persecuntur hostes,
Et laboramus,
Victum nostris manibus quaeritantes,
Vos autem prudentes, nobiles, & diuites, non laboratis, nos autem,
Laborantes manibus nostris
Vt & nobis & alijs prospiciamus,
Maledicimur:
Probris afficimur,
Et benedicimus.
Precamur pro maledicentibus,
Blasphemamur,
Mendatijs & conuitijs afficimur,
Sed obsecramus,
Mãsuete rogãtes, vt mitiores sint, erga nos, desinãt male loqui, i immerentes, pro maledictis, amica verba repẽdim⁹,
Persecutionem patimur & sustinemus,
Non inuiti, nõ ægre, libẽter pro Christi nomine, *Sic* enim deijcimur, & eijcimur Vestro igitur cæco iuditio,
Tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus,
Digni qui ex hoc mũdo deijciamur, vt res q̃ vilescat, tanq̃,

Omnium,

Rerum, seu hominum,

Peripsema vsq; ad huc.

Hoc est, tanq̃ ferrugo ex ferro, ex ære ęrugo, quę nisi depurgentur, ferrum, aut ęs exedunt, prorsusq; corrumpunt, depurgata, vt res pernitiosę abijtiuntur, huius ignobilitatis hominem, me putare videmini. Post aspertimas tandem has redargutiones, in capitis finē sermonem lenit, atq; ait,

Non vt confundam vos,

Vt vos prorsus damnē atq; abijtiam,

Hæc scribo:

Tanta verborum acerbitate,

Sed vt filios meos charissimos moneo:

Congruit, vt patris asperiorem monitionem ęquo animo ferant filij, qui vt saluet non vt perdat, amice loquitur & monet, atq; arguit, vt quos diligit, corripiat, Vos filij mihi estis charissimi

Nam si decem milia pedagogorum habetis in Christo:

Qui xp̃m vt pedagogi, puerorũ ductores & subsidiarij p̃ceptores, vos doceãt

Pedago-

Pedagogos illos habeatis,

Sed non multos patres:

Habere poteritis, qui vos tanq̃ de matrice ab ipsa infantia educarunt, lacte nutrierũt, & prima fidei rudiméta inter vos posuerunt,

Nam in Christo Iesu,

Per Christum Iesum,

Et per euangelium:

Eius,

Ego vos genui.

Ab idololatria, ad veram dei cognitionem, ab ignorantia ad scientiam, a tenebris ad lucem, ab errore ad veritatem, a morte deniq; ad vitam deducens,

Rogo ergo,

Cũ ego sim vobis pat. & vos mihi filij,

Imitatores mei estote, sicut ego Christi.

Imitator sum, fidem pseudoapostolis nolite habere, eorum impios mores, & peiorem doctrinam imitari nolite, Christũ discatis, & mores Christo dignos referatis,

Ideo misi ad vos Timotheum,

qui est filius meus charissimus,
Vehemens commendatio,
Et fidelis in domino,
Vt de eius doctrina neutiq̃ dubitetis,
Qui vos commonefaciat
Demonstret,
Vias meas quæ sunt in Christo,
Quibus imitator sum Christi,
Sicut vbiq; in omni ecclesia, doceo,
In omni congregatione idem denuntio, & easdẽ vias vitæ pronũtio apud omnes, vnicam veritatem, Sunt autem inter vos praui & pernitiosi verbi ministri, &c,
Tanq̃ nõ venturus sum ad vos, sic inflati sunt quidam,
Putantes me tanta pericula non euasurum, qui cotidie morior,
Veniam autem ad vos,
Et quidem breui,
Si dominus voluerit:
in cuius manu, & voluntas, & vita & actiones nostræ sunt,

Et

Et cognoscam,
Cum venerim,
Non sermonem eorum,
Non eloquentiam. non verborum ornatum, hæc paruifacio,
Sed virtutem.
Vim verborum, veritatem, & pietatem sermonis eorum cognoscam,
Non enim in sermone,
In verborum elegantia, & curiosa humana ratione,
Est regnum dei,
Est illa verborum vis, quæ homines viam ad regnum dei ostendit, atq; trahit quasi inuitos,
Sed in virtute,
Verbi, quam operatur spiritus sanctus in spirituali ministro, vt hominum corda penetret, atq; conuertat animas ad deum,
Quid vultis?
Quid optatis?
Vultis ne,
In virga veniam ad vos?

Et vos deprauatos inueniens, arguam, aspereq; corripiam,

An in charitate? & spiritu man-suetudinis?

Mauultis vt veniam? id quod maxime velim, vt vos, pœnitentes, & iam resi-piscentes, aut potius emendatos in-ueniam, Minatur, vt sanet, arguit vt corripiat, precatur vt restituantur.

CAPIT. V. Argumētum.

ACriter admonet de fornicatore, atq; iubet, a fide-lium communione, vt abiiciatur, fauentes & conniuen-tes increpat, purgandam fidelem contionem, a turpi-tudine: mandat.

Magna coreptiōe digni estis, q̄nquidē



Mnino auditur in-ter vos, fornicatio

Crebrescit, fama,

Et talis fornica-tio,

Tam abhorrenda,

Qualis nec inter gentes,

Ethnicos & idololatras auditur,

Vt vxorem patris sui

Vel viuentis vel mortui,

Aliquis,

Vnus

Vnus,

Habeat:

Si nostram corruptissimam ætatem videret Paulus,& huic similes nonnullas fornicationes, aut peiores multo,reperiret. Hæc inter vos fiunt,

Sed & vos inflati estis:

Ad hæc non animaduertitis, vobis res parua videtur, tam horrendũ facinus versari inter vos, cum interim humana sapientia inflati, rem deo tam ingratã negligitis,

Et non magis luctum habetis:

Tam vestra causa, qui tam ingens dedecus non deletis, q̃ ipsius fornicarij, qui in medio vestri, vestra negligentia perit, quem facile seruare possetis, Incumbite igitur,

Vt tollatur de medio vestri,qui hoc opus fecit.

Non sinatis eum inter vos cõuersari,

Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu,

Vt vos adiuuem, vobisq; prospiciam,

Iam,

Apud me, de ipso fornicatore,

Iudi-

Iudicaui,
Decreui,
Vt præsens,
Id idem quod præsens iudicarem;
Eum,
Scilicet;
Qui sic fornicatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi,
Simul,
Congregatis vobis,
Qui fideles estis;
Et meo spiritu,
Qui præsens est vobiscum;
Cum virtute,
Potestate,
Domini nostri Iesu,
Quā dedit mihi in euangelio, decreui;
Tradere eiusmōi hominē satanę
Vt nō sit, aut reputeť de Christi ecclesia, qui satanæ seruiuit, ei⁹ seruus efficiať idign⁹ christi seruitute, & hoc fiat
In interitum carnis,
Vt pudore afficiatur carnalis homo, seq; ipsū per pœnitentiam condemnat
Vt spiritus saluus sit, in die domini nostri Iesu Christi

Quando omnē terram iudicabit, Car-
nis afflictio quæ spiritum in peccato
vicit, carnem ita subditam spiritui ef-
ficiet per gratiam, vt iam vincat spiri-
tus, in vtriusq; salutem, hic omniū af-
flictionum, omnium correptionū, vni-
cus scopus est, Modeste ad eos ait a-
post. Vos (inquit) inflati estis, superbi,
erecta nimiū ceruice, In hoc solo glo-
riamini, quod humana sapientia præ-
diti estis, ad hęc alia cōniuetis, seu ride
tis poti9, vt solet nr̄a corruptissīa ætas
Non est bona gloriatio vestra,
Aliena & ab honestate, & a sana mēte,
Nescitis quia modicum fer-
mentum, totā massam corrūpit?
Quis hoc nescit? Nolite paruifacere,
quod vnus tātū sit. Vnius exēplū, nisi
malo citius occurrat, multos īficere so-
let, Audatiam præstat, veniæ facilitas,
Cauete quia modicū fermentum nimis
acidū, quæ ī dulcē panē præparat, totā
corrūpit massā, Quāobrē, cito citius,
Expurgate vetus fermentum,
Expellite a vobis, vetus hoc peccatū,
ne ecclesiam corrumpat, tollite hoc
malum de medio vestri,

Vt sitis

Vt sitis noua conspertio,
Noui homines per pœnitentiam, exterminato veteri homine,
Sicut estis azimi.
Puri per Christum, per fidem in eum & baptismum, vt est azimus, (hoc est) sine quouis fermento, alba & pura simila. Panem in paschate non fermẽtatum comedebant iudæi, nobis in figura,
Etenim pascha nostrum, immolatus est,
Non vt quondam agniculus, sed,
Christus,
Qui perpetuã a nobis puritatẽ exigit, res per figuram promissa. Præsentaneum igitur hoc pascha, existimemus semper, vt nunq̃ ab omni fermento, ab omni peccati occasione quæ corrumpere potest, ab omni falsa doctrina, non longe fugiamus.
Itaq; epulemur,
Iocunde hoc festum perpetuo celebremus,
Non in fermento veteri,
Non in vetustate vitæ,

Neq;

Neq; in fermento malitiæ & nequitiæ,

Non in contentione, circumuentione, dolis aut fraudibus,

Sed in azimis sinceritatis & veritatis.

In vitæ puritate, & verbi & facti veritate apud omnes. Veritatem accepimus pro figura, vt cum ipsa veritate simus synceri & puri.

Scripsi vobis in epistola,

Hac præsentanea,

Ne commisceamini cum fornicarijs,

Hoc est tradere eum satanæ, expellere ab ecclesia Christi,

Non vtiq;,

Sentio, vt fugiatis, a,

Fornicarijs huius mundi,

Ab omnibus fornicarijs, quę inter vos apud ethnicos sunt, qui Christum non agnoscunt.

Aut,

Ab,

Auaris,

Aut,
Ab,
Rapacibus, aut,
Ab,
Idolis seruientibus,
Huius mundi,
Alioquin,
Si vos ab omnibus illis prohiberem;
Debueratis de hoc mundo exisse.
Tot enim sunt de gentilibus fœdi fornicatores, vt nusq̃ non sint, Qui ab eis fugeret, a mundo fugiat necesse est.
Nunc autem scripsi vobis, non commisceri,
Hoc est,
Si is qui frater nominatur inter vos,
Pro christiano habetur, &c.
Est fornicator, aut auarus,
Qui iure vel iniuria diuitias cogit,
Aut idolis seruiens, aut maledicus,
Blasphemus in deum & hominem,
aut

Aut ebriosus,

Qui mane surgit ad ebrietatē, qui hu-
ius vite turpitudine se delectat,

Aut rapax,

Qui per vim aliena sibi rapit, legis nō-
nunq̃ falso velamine,

Cum eiusmodi,

Fratribus scripsi vobis nō commisceri,

Nec cibum sumere.

Cum illis, eos a mēsa depellere, Si hos
omnes qui nominantur fratres, in prin
cipum aulis, in opulentioribus ciuita
tibus, & in vrbe & ruri, in hac nostra æ-
tate fugeremus, eūdum esset plane ab
hoc mundo. Iis tristibus, ijs fœdis, &
viris sanguineis, quis vicus non abun-
dat? non deficit in plateis vsura, & do Psal. 45.
lus, & labor in medio eius, & iniustitia.
De ijs fratribus scripsi vobis,

Quid enim mihi de ijs qui fo-
ris sunt iudicare?

Quid ad me attinet, vt de illis iudicem
qui Christum nō dum agnouerūt? qui
non sunt de nostro grege?

Nonne de ijs, qui intus sunt, vos
iudicatis?

Ethnicos non iudicatis, qui legibus vestris, qui legi dei, nolũt esse subiecti

Nam eos qui foris sunt, deus iudicabit,

Tandẽ, eos eius vindictæ relinquimus

Quod autem ad vos attinet,

Auferte malum ex vobisipsis,

Non sit impunitum, tam manifestum malum apud vos, ne repat in aliorum corruptionem.

CAP. VI. Argumentum

Quod lites inter se habeant, eos arguit, potissimum quod apud ethnicos suas causas tractant, Ad fornicatores reuertitur quos acriter reprehendit:

Iam facta mentione de iuditijs, ait,



Vdet aliquis vestrum habens negotium,

Litem,

Aduersus alterũ,

Fratrem,

Iudicari,

Iuditium petere,

Apud iniquos,

Infideles,

Et non apud sanctos? Apud

Apud fideles? Absurda quidem est audatia vestra, & christiano viro indigna

An nescitis quoniam sancti,

Fideles qui tum reperientur,

De hoc mundo iudicabunt?

De infidelibus & peccatoribus? Cum enim se viderint pro infidelitate, & vitę turpitudine deiectos, eos autē quos aliquando in derisum habuerunt, pro fide & piæ vitæ conuersatione, apud deum in gloria, se dignos iudicabunt, qui ad perpetuas pœnas iudicentur, sapi.4.

Et si in vobis, iudicabitur mundus,

Quisquis infidelis aut carnalis est, vestro exemplo se iudicabit,

Indigni estis,

Indignos vos putatis,

Qui de minimis iudicetis?

Minima vocat, lites omnes quæ pecuniarum, rerumq; huius mundi causa quarumcūq; fiunt, quæ sordida, & spernenda sūt, præ charitate inter fideles. Prætetea,

Nescitis quoniam angelos iudicabimus?

Non solum homines, sed & dæmones.

Quanto magis secularia?

Digni estis, qui apud fratres, de ijs litibus iudicetis?

Secularia igitur iuditia si habueritis:

Quadam velut necessitate, potius q̃ primores vel doctiores ethnicos, ea causa accedatis,

Contemptibiles infimos qui sunt in ecclesia,

Deligite, &,

Illos constituite ad iudicandum.

Qui quouis infideli digniores sũt. Nolite vos quantum poteritis ethnicorũ potestati subijcere, Magistratibus aũt vocati parete, in his quæ fidem vestrã nõ minuunt. Vltro nolite vos subdere

Ad verecundiam vestram dico,

Quæ iam dixi, vt vos pudeat,

Sic non est inter vos sapiens quisq̃, qui possit,

Et nouit,

Iudicare inter fratrem suum?

Et alium fratrem, inuicem litigantes?

Si fra-

Si frater cum fratre iudicio con-
tendit, & hoc apud infideles,
Maxime.
Iam quidem omnino delictum
est,
Non modo quod apud ethnicos con-
tenditis, sed &.
Quod iuditia habetis inter vos
Fieri etenim lites, vix queunt, sine con
tentiõe, sine excitato stomacho, in quo
periclitatur charitas. Id autẽ ne fiat.
Quare non magis,
Non longe potius,
Iniuriam accipitis? quare non
magis fraudem patimini?
Vt vos lubeat potius decipi, q̃ conten
dere? Valde a litibus dehortatur, nõ
apud congruum iudicem, lites dam-
nans. Sed tantum abestis ab illo ho-
minum genere qui fraudem potius fe-
runt, vt etiam inuicem fraudetis, non
enim fraudem expectatis,
Sed vos iniuriam facitis & frau
datis, & hoc fratribus,
In fratres facitis. In ethnicos nõ licet,

res tam inhonesta, queng decipere, cū non sit violāda veritas. vereor ne solo nomine christiani multi multi nūc sunt apud quos frequens hic morbus est, vsq; adeo vt vnusquisq; se a proximo suo custodiat & in omni fratre suo non habeat fidutiam, quia omnis amicus fraudulenter incedit, quia docuerunt
Hiere. 9. linguam loqui mendatiū, hæc est terræ iniquitas, Cauetę igitur fratres,

An nescitis,

Non satis meministis,

Quia iniqui,

Iniusti, fraudatores, circumuentores,

Regnum dei non possidebunt:

Tremendum verbū huius seculi multis sapientibus, monet itaq; Apost..

Nolite errare,

Nolite vos ipsos decipere, hoc certum vobis nuntio, quod,

Neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles,

Masculi, effeminati, qui turpiter vt fœminæ patiuntur,

Neq; masculorum concubitores,

Qui

Qui eandem turpitudinem faciunt,

Neq; fures,

Qui occulte inuito domino alienam rem auferunt, furandi animo,

Neq; auari,

Furibus deteriores,

Neq; ebriosi,

Quod durum est illis nationibus, vbi nullo die, nemo prope non inebriatur, qui omnem delectationem in eo genere peccati cõstituũt, cũ tamẽ admodũ inhumanum sit, omnis libidinis parẽs, de homine brutum efficiens, cum se hominem esse nesciat.

Neq; maledici,

Qui conuitiantur, detrahũt, falso mendatio traducunt,

Neq; rapaces,

Qui aliena, vi rapiũt, vl' pro potestate, vel dolo,

Regnum dei non possidebunt.

Illis enim dicetur nescio vos,

Et hæc quidem fuistis:

Ante cognitũ Christum, de huiusmodi numero,

Sed abluti estis,

Purgati modo, noua regeneratione,

Sanctificati estis,

A turpibus puri effecti, per fidē & gratiam, Neq; modo hoc beneficium acce pistis,

Sed iustificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi,

Vt omnis qui credit in hoc nomine & deo gratus est, & saluus sit, In hoc nomine viuimus,

Et in spiritu dei nostri.

Per Iesum & spiritum sanctum abluti & purgati sumus, Cauendum est a ciborum luxu, vitiorum fomento, vt carnem in seruitutem redigamus. Parce igitur apud me comedo, vestras delitias euitans,

Omnia mihi licent,

Vt apud vos comedam.

Sed non omnia expediunt.

Ne mei aliquando oblitus, nimia laetitia decipear,

Omnia mihi licent,

Vt vobis oneri per omnia sim, propter euangelium,

Sed ego sub nullius redigar potestate

testate.
Propter eiusmodi onera, nolo cuiuis obnoxius esse, vt liberius loquar. escarum delitiæ & intemperãtia, valde nocent, homini inutilia sunt, nam,
Esca,
Seruit,
Ventri,
Vt saginetur, escam intelligit immoderatam,
Et venter,
Seruit,
Escis,
Vt eas recipiat in saginam,
Deus autem & hunc,
Nimis capacem ventrem,
Et has,
Immoderatas nimis escas,
Destruet.
Perire faciet, hominis magno periculo
Sit tibi igitur moderatus cibus, vt carnis intemperantiam superes.
Corpus autem nõ fornicationi,
Quam titillat cibi intemperantia,
Sed domino,
Perab-

Per abstinentiam, & castitatem sequitur

Et dominus,

Haud dubie,

Corpori.

Prospiciet, qui ei præest, & vna cum anima in gloriam suscitabit,

Deus vero,

Pater,

Et dominum,

Iesum caput nostrum,

Resuscitauit,

Act.2. Sic loquitur.d. petrus, in Actis, quem deus suscitauit, solutis doloribus, inferni, nõ oblitus filium patri equalem esse,

Et,

Idem deus,

Nos suscitabit per virtutẽ suã.

Act,1. Qui vere seipsum suscitauit, præbuit enim seipsum, viuum, & templum suum excitauit post triduum, Quecũq; enim facit pater, hæc & filius similiter facit,

Ioan.5. Custodite igitur & corpora vestra, ne per intemperantiam destruantur,

Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?

Qui

Qui caput est, vos membra, Incumbite ergo vt sint membra digna Christo, ne fornicatione fœdentur, Cum sim ego membrum Christi,

Tollens ergo membra Christi,

Auferens à Christo,

Faciam membra meretricis?

Vt me dedam meretrici,

Absit,

Auertat hoc deus, a quouis christiano

An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnũ corp⁹ efficitur?

Per fœdam miscionem & copulam?

Erunt enim (inquit) duo in carne vna.

Eadem est caro cum meretrice, vtrũq; membrũ diaboli, quia carnales ambo,

Qui autem domino adhæret,

Ipse totum præbet,

Vnus spiritus est.

Cum deo, spiritum habet semper cum deo, carnem non finit suo more viuere Quamobrem,

Fugite fornicationem,

Id quod summũ est remediũ, quando

qui

CAP. VII. Argumentum.

VT euitetur fornicatio, ducēda est Vxor. Inter eos mutua sit beneuolentia, Qui autem potest abstinere, abstineat melius est, Alter ab altero nisi ad tempus non discedant mat.imonio coniuncti, Si possit absq; fidei iniuria, maneat fidelis cum infideli, Vnusquisq; in sua Vocatione, Hortatur ad uirginitatem & cœlibatū, ut sine seculari cura, seruiatur deo. Quo nam modo huius mūdi rebus utendum sit, docet, nuptiarumq; arduam curā



E quibus autem scripsistis mihi, Meam sētentiam rogastis, liceat ne christiano viro vxore vti, cū sint apud vos, qui nuptias damnare videntur pseudoapostoli, Vobis respondeo,

Bonum est homini mulierem non tangere.

Virginitatem seruare, Si non possit,

Propter fornicationem autem,

Vt hoc malum euitetur,

Vnusquisq; suam vxorē habeat,

Si velit, cogatur nemo, Bonum tamen est vt licitis vtatur: Eaq; causa & vxorem

rem habeat vir,

Et vnaquæq; suum virū habeat,

Vtriq;, æquæ consulit, Coniuncti matrimonio,

Vxori vir debitum reddat,

Beneuolētiam, sui corporis facultatē, vt abijciatur adulterij omnis metus,

Similiter autem & vxor viro,

Cum sit nihil aut rerum aut corporis, quod non vtriq; commune est,

Mulier sui corporis potestatem non habet,

Vt viro deneget quod suum est,

Sed vir.

Iure exigere potest;

Similiter autem & vir, sui corporis potestatem non habet; sed mulier,

Quod ad hoc attinet, eandem habet potestatem, in virū. Vos itaq; coniugati,

Nolite fraudare inuicem,

Verbum fraudare, deceptionem indicare videt, Neq; nō fraudat, qui quod præstare tenetur, & commode potest,

non soluit, nolite ergo fraudare inui-
cem, nec virum vxor, nec vir vxorem,

Nisi forte ex consensu, ad tem-
pus, vt vacetis orationi,
Paucis aliquot diebus,

Et iterū reuertimini in idipsum,
Ad thorum immaculatum,

Ne tentet vos satanas,
In fraudem coniugij,

Propter incontinentiā vestram.
Carnis fragilitatem, quæ prona est,
Obiter non prætereamus, in hoc loco,
puriorem orationem fieri, si cōtineant
se coniuges, a licito quantumuis ma-
trimonio.

Hoc autem dico,
Vt non fraudetis inuicem, vtq; iterum
reuertamini.

Secundum indulgentiam,
Tantum vobis indulgeo & cōcedo, ad
euitandum maius periculum,

Non secundum imperium.
Hoc dico, vt necessario faciatis, quia
bonum est, mulierem non tangere. hoc
enim melius, ex duobus bonis,

Volo autem,

Vellē

Vehementer opto,

Vos omnes esse sicut meipsum,

Qui rem vxoriã fugio, atq; ab illa me libenter abstineo,

Sed vnusquisq; proprium donũ habet ex deo, alius quidem sic,

Vt absq; fornicationis periculo, possit continere,

Alius vero sic,

Vt non possit, nubat ille,

Dico autem non nuptis,

Castis virginibus,

Et viduis.

Morte soluto matrimonio,

Bonum,

Melius,

Est illis, si sic permanserint,

Aut virgines, aut cœlibes,

Sicut & ego.

Matrimonio non stringor, libenter contineo,

Quod si non continent,

Quidam continere nequeunt, non habentes donum,

Nubant.

Vxorem accipiat vir, virum accipiat mulier,

Melius est enim nubere, q̃ vri.

Cōtinuis affectibus torqueri, libidinis prurigine in deterius prolabi, assiduo interno ardore laborare, id quod animum ab omni pietate auocat,

Ijs autem qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, nō ego sed dominus,

Domini verbo & potestate, non mea,

Vxorem a viro non discedere,

Quia coniunxit deus,

Quod si discesserit,

Aliquādo quauiscūq; occasione, Eam,

Manere innuptam,

Verbo dei præcipio,

Aut viro suo reconciliari,

Cum viro in gratiam redire, eius priore consuetudine frui,

Et vir vxorem non dimittat.

Eodem iure deuinctus, quo mulier, Vobis hæc dico fidelibus,

Nam cæteris ego dico,

Quod mihi visum est.

Non

Non dominus.
Præcipit,
Si quis frater,
Qui Christum agnoscit,
Vxorem habet infidelẽ, & hæc consentit habitare cum illo,
Qui fidelis est,
Non dimittat illam.
Sinat cohabitare,
Et si qua mulier,
Fidelis,
Habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum.
Cum eo permaneat, quando quod ad matrimonium attinet,
Sanctificatus est enim vir infi= delis, per mulierem fidelem,
Quia coitus licitus est, filij ex eo ma= trimonio legitimi, eodem modo,
Et sanctificata est mulier infide= lis, per virum fidelem, Alioquin.
Nisi alter alterum sanctificaret,
Filij vestri.

Ex eo matrimonio,

Immundi essent,

Tanq̃ ex illicito coitu, procreati.

Nunc autem,

Per alteram partem fidelem,

Sancti sunt.

Puri, legitimi, ex iusto matrimonio.

Quod si infidelis discedit.

A cohabitatione, nuptias rescindere cupiens,

Discedat.

Abeat, quo velit, Sequi non tenetur pars fidelis,

Non enim seruituti, subiectus est frater aut soror, in huiusmodi.

Casu, quin libere, aliud matrimonium inire potest, Nuptias vocat seruitutē, Vel potius seruitutem vocat, si cum infideli, qui minis, aut assiduis contumelijs contra deum fidelem vrget, cogeretur manere fidelis in fidei & animæ periculum.

In pace autem vocauit vos deus.

Vt tam diu simul maneatis, q̃ diu fieri cum pace erga deum, potest. Si autem bellum cum deo gerat, infidelis, disce-

dat

dat potius fidelis, q̃ i quotidiano tanto discrimine permaneat. Si autē vir tuus infidelis, cum pace tecum viuat, discedere noli.

Vnde enim scis mulier, si saluū virum facies?

Forte saluum facies. & eum deo acquires, Incumbe vt efficias,

Aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies?

Nescis ex te, sed in ijs operatur deus. Ex te nunq̃ efficies. Effice quantum poteris, Hanc scientiam habet nemo.

Nisi vnicuiq; sicut diuisit dominus.

Aliter operari nemo potest, Suam gratiam vnicuiq; dat deus pro sua bonitate, pro vt vult, Tibi, gratiam forte impartietur, vt infidelem lucrifacias. Solicitudinem igitur adhibe vt facias. Neminem non vocat deus, & Imperatorem, & Regem, & magistratum, & nobilem & ignobilem, & diuitem, & pauperem, & liberum, & seruum,

Vnumquemq; sicut vocauit deus, ita ambulet,

Vitam ita transigat, sua sorte, sua vocatione contentus.

Et sicut in omnibus ecclesijs doceo.

Sic & vos accipite.

Circūcisus aliquis vocatus est?

Ad Christi fidem,

Non adducat præputium.

Vt restituatur circumcisa pellicula, nō cupiat, non querat.

In præputio,

Incircumcisus,

Aliquis vocatus est?

Vt gentiles omnes,

Non circumcidatur.

Quandoquidem,

Circumcisio nihil est,

Ad salutem nihil confert,

Et præputium nihil est,

Tantundem valet, postq̄ igitur fidem Christi acceperis, nihil tibi prodest vel circumcisio, vel circumcisionis carētia

Sed obseruatio mandatorum dei.

Nisi cum fide hanc coniunxeris, & inu-

tilia

tilia sunt alia, & tibi inutilis est mor=tua fides, quæ pro charitate non ex=ercetur, sine quo charitatis exercitio, tua desidiosa fides, erga deum infide=litas est. Iterum dico vobis,

Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat,

Vnus est omnium deus, non persona=rum acceptor,

Seruus vocatus es? Non sit tibi curæ.

Non sit tibi molestum, quod seruus es,

Sed & si potes fieri liber,

Commode, & sine cuiusq̃ iniuria,

Magis vtere.

Potius velim liber sis, vt deo liberius seruias, Interim non sit tibi curæ,

Qui enim in domino.

Per dominum vt ei seruiat,

Vocatus est seruus,

Ad fidem,

Libertus est domini.

Manumissionem accepit a domino, vt spiritu ei seruiat, quem seruitus ob=noxium non habet, Sit ergo studiosus vt deo placeat, suoq; carnali domino

cum timore,& tremore, & simplicitate cordis,

Similiter qui liber vocatus est,
Hic fœlicissime quidem,
Seruus est Christi:
Vt ei seruiat, eius voluntatem faciat, mandata custodiat, estote igitur serui, quia,
Pretio empti estis,
Magno quidẽ Christi prætiosa morte,
Nolite igitur esse serui hominũ,
Vt eorum voluntati contra deum seruiatis, Estote serui hominum, ad normam verbi dei,
Vnusquisq; ergo in quo,
Statu,
Vocatus est,fratres:in eo permaneat apud deũ.
Quantumuis apud homines statum suum mutet, Christi seruus maneat semper, Iam vobis dixi de nuptis & viduis
De virginibus autem præceptum domini non habeo,
Vt in hac fragili carne permaneant virgines, pro necessitate, cũ sit donũ rarũ

Consilium autem do,
Ad virginitatē hortor eos omnes, qui donum acceperunt, Id consilium do,
Tanq̄ misericordiam consecutus sum a deo,
Tam vt mihi sit castitatis donum, q̄
Vt sim fidelis,
Ea consulens, quæ vtiliora sunt,
Existimo enim hoc bonum esse,
Hoc melius virginitatem seruare,
Propter instantem necessitatem,
Quæ coniugatos valde vrget, qui coniugio non solum impediūtur ne libere seruiant deo, sed assiduis quoq; molestijs afficiuntur, Aliud multo in virginitate, Existimo igitur,
Quoniam bonum est homini sic esse.
Sic permanere, Matrimoniū vt sanctū non reprehendo,
Alligatus es vxori?
Matrimonio,
Noli querere solutionem.
Nodum in sirpo, fictas ingerere causas noli, vt vxorem expellas.

Solutns

Solutus es ab vxore?

Liber eiusmorte,

Noliquærere vxorem.

Solicitus esse vt aliam superinduca
nisi te vrgeat necessitas, vt melius
nubere q̃ vri,

Si autem vxorem acceperis,

Aliam secundam,

Non peccasti.

Non prohibet de⁹,virginitatẽ præfe

Et si nupserit virgo nõ peccaui

Quia non est præceptum, vt virgo p
maneat.

Tribulationem tamen carn
habebit huiusmodi,

Quietiorem & meliorem partem n
elegit, dolores in pariendo feret, in
berorum educatione solicitudinem,
miliæ continuam curam,aliasq; rei
orie mille molestias,vt taceam de p
petua seruitute,ne libere seruiat de

Ego autem vobis parco,

Vobis ignosco qui coniugium init
seruitutem pro libertate,secularem
licitudinem,pro cœlesti quiete, bell
velut pro pace, Vestri miserior,tribu
latio

tionem pro securitate queritis,
Hoc itaq; dico fratres,
os admonens,
Quia tempus breue est.
ncerta est,& breuis vita nostra,
Reliquum est,
t hoc vobis consulam,
Vt & qui habent vxores:
lligati sunt vxoribus,
Tanq̄ non habentes sint.
on se nimis oblectent vxoribus, car-
li nimio amore non capiantur, huius
certæ & breuis vitæ memores sēper,
uæ ad deum pertinent, propter vxorē
on negligat, tanta in hac re temperā-
a sit, vt neutiq̄ a dei obsequio impe-
at vxor, Nimia carnali voluptate
t letitia non capiantur.
Et qui flent:
ui aduersis & afflictionibus angusti-
tur in hac breui vita,
Tanq̄ non flentes.
uia breuis erit anxietas, in tam breui
a, Interim æquo animo, ferant,
Et qui gaudent:
Qui

Qui huius mũdi prosperis fruũtur, sint

Tanq̃ non gaudentes.

Parui estiment, quicquid videtur lætũ aut prosperum.

Et qui emunt,

Domos, agros, latas possessiones, sint apud se,

Tanq̃ non possidentes.

Suam in iis felicitatem non ponant, ne possideantur a diuitijs, & alienẽtur a deo,

Et qui vtuntur hoc mundo,

Vt nihil per omnia desit, ita possideãt

Tanq̃ non vtantur.

Sint illis res indifferentes, in vsum certum, vel incertum pro voluntate dei, Si casu amittant, non ægreferant, possideant tanq̃ non possidentes.

Præterit eni figura huius mũdi.

Tanq̃ aqua decurrens, & fugit velud vmbra, non est ea res quam putamus. Quę enim videtur vita, non est vita. Quædã est vitę figura, & imago, propterea,

Volo autem vos sine solicitudine esse.

Id vnice opto, in huius mundi rebus, vt seruiatis deo. Hęc omnia coniugatos maxime vrgēt, ad eos itaq; reuertit

Qui sine vxore est, solicitus est.

Vt ea faciat.

Quę domini sunt,

Hoc est,

Quomodo placeat deo.

Cui neq; vxoris, neq; liberorum cura est nō angustiatur illis molestijs, cæco amore non insanit, nō est causa quod opibus inhiet.

Qui autem cum vxore est, solicitus est quę sunt mundi,

Vt opes cogat, neue nimijs molestijs afficiatur, maxime solicitus est.

Quomodo placeat vxori:

Omnium molestiarum molestissima, omniū huius seculi rerū mūdanissima,

Et diuisus est.

Qui cū vxore est, secū non est integer, magnam nimis partem exigit res vxoria, minimam partem habet deus,

Et mulier innupta & uirgo,

Vtraq;

Cogitat quę domini sunt.

A serui-

A seruitute & curis libera,

Vt sit sancta corpore & spiritu,
Illa est virgo deo grata, viduaq; sancta, quæ cũ intacto corpore, spiritũ & mentẽ, a labe, a fœdo appetitu custodit,

Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.
Carnalis prope tota: aspectu, ornatu, venustate, suauitate verborum, omni deniq; solicitudine, vt viro placeat, studiosa, Quam partem habere potest deus, in hac nupta?

Porro hoc,
De virginitate & cœlibatu, vt ea nuptijs præferenda sint,

Ad vtilitatem vestram dico,
Non præcipio, sed ut quod vtilius est, vobis consulam,

Non vt laqueum vobis inijtiam
Absit longissime, vt sim causa peccati, necessitatem continendi non impono,

Sed ad id quod honestum est,
Vos hortor,

Et quod facultatem,

Potesta

Poteſtatem & facilitatem,
Prębeat ſine impedimento, dominum obſecrandi.
Vt a re vxoria ſit libertas, libere ſeruiendi deo.
Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat,
Quorundam ſententia indecorū eſſe.
Super virgine ſua,
Cuius cuſtodiam habet,
Quod ſit ſuperadulta,
Nuptijs matura, & non collocata.
Et ita oportet fieri:
Vt citius colocetur, ne turpius ei contingat,
Quod vult faciat.
Pro arbitrio ſuo,
Non peccat ſi nubat.
q̄uis melius ſit non nubere.
Nam qui ſtatuit in corde ſuo, firmus,
Stabilis & conſtans!
Non habens neceſſitatem,
Vt timeat virginis integritati,

Poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis,

Vt collocet, aut non collocet,

Et hoc iudicauit.

Conſtituit tandem,

In corde ſuo, ſeruare virginē ſuam:

Et non collocare,

Bene facit. igitur.

Vt in ſumma dicam,

Et qui matrimonio iungit filiam ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.

Mire ſolicitus eſt apoſt. in hoc capite, vt virginitati cōſulat, quā longe præfert matrimonio. Opus eſt alio. Di Paulo huic noſtro corruptiſſimo ſeculo, quod a virginitate omnem occaſionem ſuſtulit, & continuis clamoribus, neminem ad nuptias omni conatu nō inuitamus, & pene cogimus, Exiſtimo aut nullos aut pauciſſimos eſſe, qui ſuas virgines nunc ſeruare ſtudent: neq; quiſq̄ prope eſt, qui de virginitate quidē cogitat, neq; locus eſt ybi ſeruet. Ad carnis

carnis autem omnē voluptatem, vehimur vento velotius. Sic dicunt, sic docent, nostri bis boni nouatores, & placent huic mundo quæ docent, matrimonium laudat apost, qui iungit, bene (inquit) facit, sed qui non iungit, meli⁹ facit. Neminē ad cœlibatū cogo, nam,

Mulier alligata est legi,
Nuptiarum,
Quanto tempore vir eius viuit,
Permaneat oportet,
Si dormierit vir eius, liberata est
A priore lege,
Cui vult, nubat,
Priore viro mortuo,
Sed in domino,
Christiana, Christiano.
Beatior tamen erit, si sic permanserit,
In cœlibatu vidua, Omni matrimonio beatior est virginitas.
Secundum meum consilium.
Non præceptum, meum tamen consilium non peruipendatis.
Puto autem quod & ego, spiri-

tum dei habeam.

Vt quod consulam dei spiritu doctus, deo sit gratum. Iacet modo contēpta virginitas. Iam responsum est de quibus scripsistis, virginitate, cœlibatu, nuptijs, & primis & secundis.

Cap. VIII. Argumentum.

FIrmiores & cognitione perfectiores arguit, qui fratris offendiculum non euitant, cum non omnia quæ licent expediant.



E ijs autē quæ idolis immolantur,

Apud idola in impium sacrificiū mactātur animalia, & ab hominibus commeduntur.

Scimus quod omnes scientiā habemus.

Qui recte sapimus, nihil esse idolum, neq; malum idolothyta manducare. Cæterum apud quosdam,

Scientia inflat.

Tumidos & superbos efficit, qui alios imperfectiores præ se contemnunt, & pro nimia arrogantia, apud indoctiores

res ea cõmedunt, quibus scandelizan-tur, huius nostræ turbulentissimæ æta-tis, non rarum venenum. Est igitur hæc scientia, aliena a charitate.

Charitas vero ædificat.

Iuuat, prodest, fratris vtilitatẽ querit.

Si quis autem se existimat scire aliquid,

Propria opiniõe inflat⁹, vt priores illi,

Non dum cognouit quemad-modum oportet eum scire.

Charitatis in fratrem oblitus,

Si quis autem diligit deum,

fratrem diligat necesse est, &,

Hic cognitus est ab eo.

Eum haud dubie diligit deus,

De escis autem quæ idolis im-molantur, scimus quia nihil est i-dolum in mundo,

Quodcumq; sit idolum, stipes est, lignũ aut lapis, nihili res est. Neq; peiores ergo, neq; meliores immolatæ carnes sunt.

Et quod nullus est de⁹ nisi vnus.

Qui viuit & qui viuificat & mortificat

quantumuis falſo errore, deū eſſe idolum, putent gentes.

Nam & ſi ſunt qui dicantur dij,
A cæca gentilitate.

Siue in cœlo,
Vt ſol, luna, ſtellę.

Siue in terra,
Vt mortui homines, animalia, volucres, piſces,

(Siquidem ſunt, dij multi & domini multi)
Qui dicuntur dij & domini.

Nobis tamen,
Qui verum deum cognoſcimus,

Vnus deus pater eſt, ex quo omnia.
Sine principio, qui ex nihilo creauit omnia.

Et nos in illum.
Omnes cogitationes dirigamus, omnem ſpem noſtram in illo conſtituamꝰ.
Eſt itidem.

Et vnus dominus ieſus Chriſtus,
Non plures domini.

Per quem omnia,

Creauit & fecit deus pater, qui aderat cuncta componens. Prouer.8.

Et nos per ipſum.

Redempti & ſalui facti ſumus, hęc eſt de deo vero ſcientia.

Sed non eſt in omnibus ſcientia.

Deum ab idolis, non recte cognoſcunt omnes:

Quidam autem cum conſcientia vſq; nūc idoli, quaſi idolothyta manducant.

Putantes aliquid vſq; adeo idolum eſſe, vt quæ immolantur, non ſint res prophanæ.

Et conſcientia ipſorum, cum ſit infirma,

Erronea per ignorantiam.

Polluitur.

Putantes immolatum idolo, aliquid ſacrum eſſe, longiſſime errantes.

Eſca autem nos non commendat deo.

Vt ſimus propter eſcam magis grati.

Neq; enim ſi manducauerimus, abundabimus:

Quauis maiore gratia,

Neq; si non manducauerimus deficiemus.

Infirmiores erimus. Escæ indifferentes sunt, vt manducant qui volunt. Hac tamen licentia ne ab vtamini.

Videte autem ne forte hæc licentia vestra, offendiculum fiat infirmis.

Id quod docuit apost. in omni cibo, & tempore,

Si enim quis,

Qui scientiam habet.

Viderit eum qui habet scientiā, in idolio,

In simulacrorum loco.

Recumbentem.

In eadem mensa, cum idololatris, infirmus in conscientia.

Nonne conscientia eius cum sit infirma,

Et te idolothyta manducātem videat:

Aedificabitur ad manducandū idolothyta?

Roborabitur tuo exemplo, & excitabitur

bitur quantumuis contra conſcientiã, uel in falſam aliquam religionem, vt idolothyta manducet.

Et peribit infirmus in tua conſcientia frater,

Ruinæ eius cauſa tu es, cuius malo exemplo ſcandalizatur, & eum interficit tua inflata ſcientia.

Propter quem Chriſtus mortuus eſt?

Et tu eius mortis cauſa es.

Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum conſcientiam infirmam,

Ad mortem vulnerantes veſtra nimia inflata ſcientia.

In Chriſtum peccatis.

Grauiter, qui eũ perditis, quẽ redemit christus.

Quapropter ſi eſca,

Quæuiſcunq; fuerit.

Scandalizat fratrem meum,

Eius cõſcientiam percutit & vulnerat.

Non manducabo carnes inæternum.

Illas carnes, nec vllo loco, nec vllo tē-
pore.

Ne fratrem meum scandalizē.
Ne offendam, ne perire faciam, nimia
temeritate mea.

Cap. IX. Argumentum.

Sumptus ab illis accipere quibus euangelizabat quatinus licuit apost. utilioribus tamen ex causis abstinebat. Currendum & pugnandum docet in hac uita, atq; carnem in seruitutem redigendam.



On sum liber?
Vt cuiuis meis sti-
pendijs seruire co-
gar? vt mihi pro ho-
nesta opera, sūptus
petere non liceat?

Non sum apo-
stolus?
Missus a christo in euangelij solicitu-
dinem? euangelizandi potestatem ha-
bens?

Nonne Christum Iesum do-
minum nostrum vidi?
Deum & hominem, qui me iussit por-
tare nomen suum, coram gentibus &
regibus? Christum se vidisse ait paulu
eodē

eodem modo quo viderunt alij disci-
puli anteq̃ ascenderet. Locus est in
quosdam hęreticos, memoria dignus.
Non sum ergo apostolus?

Nonne opus meum estis vos in
domino?

Corynthij, apud quos tam solicite e-
uangelizaui?

Et si alijs non sum apostolus,
Apud quos non fui, quibus non vide-
or apostolus.

Sed tamen vobis sum,
Vere apostolus, Christi nuntius, verbi
fidelis minister.

Nam signaculum apostolatus
mei vos estis in domino,
Vera demonstratio solicitudinis meę,
quos lucrifeci Christo, hoc nemo non
pernoscit, tam manifeste, quã viri vo-
luntatem ostendit, signata charta, ma-
nu propria.

Mea defensio apud eos qui me
interrogant,
De meo dubitantes apostolatu,

Hæc est,
Vt eos ad vos referam, de quorum sci-
entia

entia & conuersatione videant, sim n
dignus apostolatu, & propter hanc so
licitudinem.

Nunquid non habemus pote
statem manducandi & bibendi?
Oēs qui euāgelizam⁹, quicquid gam
ant diuites quidā pseudo apostoli? V
re hoc nobis exigere licet. Preterea,

Nunquid non habemus pote
statem, mulierem, sororem,
Sororis loco.

Circumducendi?
Longo itinere qui nobis ministret, ve
christi exemplo?

Sicut & cæteri apostoli, & fra
tres domini & cephas? (stoli
Hoc nobis obijtiūt quoq; pseudapo

Aut ego solus & barnabas no
habemus potestatem hoc ope
randi?
Vt euangelizemus, & sumptus necess
rios accipiamus?

Quis militat suis stipendijs vnq
Militum nemo.

Quis plantat vineam & de fru
ctu

ctu eius non edit?
Vsq̃ nullus.
Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?
Nemo vnq̃.
Nunquid secundum hominem hæc dico?
Vt aliud q̃ humanam rationem non habeam?
An & lex hæc non dicit?
Vt sacras literas afferam,
Scriptum est enim in lege Moysi, nõ alligabis os boui trituranti. Deu.25.
Quamuis de boue loquatur,
Nũquid de bobus est cura deo?
Vt hæc eorum causa dicat?
An propter nos vtiq; hoc dicit?
Vere vt nos doceat,
Nam propter nos scripta sunt.
Vt bos qui ꝓ nostra vtilitate laborat manducet, ab eoq; loco discamus, non minus gratos esse hominibus, q̃ bestijs Qui bobus vtitur arando, vel triturando, commodum ex illis querit.
Quoniam debet in spe arare
qui

qui arat, & qui triturat,
Id quod nemo non facit.
In spe fructus percipiendi,
Non sunt hi labores absq; spe. Neq;
vobis euangelizamus, nisi magna spe,
animas vestras lucrifaciendi deo.
Si nos vobis spiritualia semina-
mus,
Verbũ dei, vt distribuat in terrã bon
Magnum est si nos carnalia ve-
stra metamus?
Carnalem cibum & potum, pro cœlesti
doctrina?
Si alij potestatis vestræ parti-
cipes sunt:
Tanq̃ rerum vestrarum pene domini,
vobis imperant, vt eis detis quæcunq;
a vobis exigunt, parum integri docto
res. eam partem potestatis vestræ vo
biscum habent, & eis obsequiosi estis
Quare non potius nos?
Iure hęc a vobis exigam⁹, quorũ labo
re & solitudine, christo acquisiti estis
Sed non vsi sumus hac pote-
state

Vt tanq̄ domini pro imperio a vobis exigamus aliquid.

Sed omnia ſustinemus,

Sitim, inediā, neceſſitatē magnā potius, q̄ vos exactionibus noſtris onerare.

Ne quod offendiculum demus euangelio Christi.

Multis quidem moleſtum eſt onus, libentiusq; verbi miniſtro carerent aliquando. Sic offendiculū eſt verbo, impedit, ne tā hilariter accedāt, Interimq; & libere nos loquimur, nulli obnoxij Iure tamen hoc petit verbi miniſter.

Neſcitis quoniā qui in ſacrario operantur.

Sacris apud iudæos ſeruiunt.

Quę de ſacrario ſunt edunt?

De mactatis illic animalibus?

Et qui altario ſeruiunt, cum altario participant?

Vt qui laborat manducet.

Ita & dominus ordinauit,

Ieſus Chriſtus.

Iis qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere.

Vt

vt apud eos manducent,& bibant,quibus denuntiāt,quos spirituali cibo nutriunt. Quod ad meipsum attinet.

Ego autem nullo horum vsus sum,

Neq; manducaui & bibi apud eos,manuum mearum labore victitans.

Non autem scripsi hæc vt ita fiant in me.

Quia nolui quod iure potui, & mihi debebatur,Neq; minus solicite euangelizabo.

Bonum est enim mihi,

Melius est.

Magis mori, q̃ vt gloriam meam quis euacuet.

Glorior in euangelij solicitudine,quā nemo mihi tollet. Mori potius eligā, quicquid dicant aduersarij, & volens quidem & gratis euangelizabo. In denūtiando euangelio nō adeo glorior.

Nā & si euangelizauero,non est mihi gloria:

Non est quod mihi arrogem.

Necessitas enim mihi incūbit.

Qui

Qui ad hoc & missus & iussus sum.
Vę enim mihi est, si non euangelizauero,
Dei mandatum contemnens, Id agam igitur necesse est, tanq̃ nolens.
Si enim volens hoc ago:
Vltronea voluntate,
Mercedem habeo.
Promissam non ab homine, sed a deo.
Si autem inuitus:
Hoc ago, nõ beneuola voluntate, agẽ oportet, quia,
Dispensatio mihi credita est.
Vt sim verbi & mysteriorum dispensator.
Quæ est ergo merces mea?
Si inuitus agam pro necessitate, quæ mercedis expectatio? cum sit mihi vę, nisi euangelizauero, Quæ est ergo merces mea? Vnde est quod mihi glorior.
Vt euangelium prædicans:
Et solicite & voluntarie,
Sine sumptu,
Sine quouis onere.
Ponam euangelium.

vt apud eos manducent, & bibant, quibus denuntiāt, quos spirituali cibo nutriunt. Quod ad meipsum attinet.

Ego autem nullo horum vsus sum,

Neq; manducaui & bibi apud eos, manuum mearum labore victitans.

Non autem scripsi hæc vt ita fiant in me.

Quia nolui quod iure potui, & mihi debebatur, Neq; minus solicite euangelizabo.

Bonum est enim mihi,

Melius est.

Magis mori, q̃ vt gloriam meam quis euacuet.

Glorior in euangelij solicitudine, quā nemo mihi tollet. Mori potius eligā, quicquid dicant aduersarij, & volens quidem & gratis euangelizabo. In de nūtiando euangelio nō adeo glorior.

Nā & si euangelizauero, non est mihi gloria:

Non est quod mihi arrogem.

Necessitas enim mihi incūbit.

Qui

Qui ad hoc & missus & iussus sum.
Vę enim mihi est, si non euangelizauero,
Dei mandatum contemnens, Id agam igitur necesse est, tanq̃ nolens.
Si enim volens hoc ago:
Vltronea voluntate,
Mercedem habeo.
Promissam non ab homine, sed a deo.
Si autem inuitus:
Hoc ago, nō beneuola voluntate, agā oportet, quia,
Dispensatio mihi credita est.
Vt sim verbi & mysteriorum dispensator.
Quæ est ergo merces mea?
Si inuitus agam pro necessitate, quæ mercedis expectatio? cum sit mihi vę, nisi euangelizauero, Quæ est ergo merces mea? Vnde est quod mihi glorior.
Vt euangelium prædicans:
Et solicite & voluntarie,
Sine sumptu,
Sine quouis onere.
Ponam euangelium:

Constituam, exhibeam, fundamentũ iaceam. Hęc itaq; sine sumptu libenter ago,

Vt non abutar potestate mea in euangelio.

Liber sim, nulli onerosus, nulli obnoxius, quod ad sumptus attinet, in euangelio mea sponte nemini non seruiẽs,

Nam cum liber essem ex oibus.

Nemini adeo debitor, vt sine sumptu seruiam, nunc mea sponte,

Omnium me seruum feci,

Sine quouis sumptu seruiẽs, omnibus,

Vt plures lucrifacerem.

Qui me forte libentius audierũt. Omnibus itaq; seruiens vltro.

Et factus sum iudæis, tanq̃ iudæus,

Consuetudinem eorum non fugi, liber a lege mosayca, prorsus a lege nõ abstinui, raso capite in templũ ingressus,

Vt iudęos lucrarer:

Facilius Christo, Sic factus sum.

Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem,

Quan

Quātū fieri potuit, me eis accomodās.
(Cum ipse non essem sub lege)
Hæc itaq; feci,
Vt eos qui sub lege essent,
Mordicus legem defendentes.
Lucrifacerem.
Christo. Huius hęc erat summa prudē-tia ministri, vt sancta quadam simulatione, tenacissimam eorum duritiam vinceret. Contra vero,
Iis qui sine lege erant,
Gentibus & idololatris,
Tanq̄ sine lege essem.
Vllam non haberem legem,
(Cū sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi)
Cui me totum dedidi, ijs factus sum tanq̄ sine lege, magnam libertatē præmeferens, & omne mosaycę legis iugū & onus longe a me seponens.
Vt lucrifacerem eos qui erant sine lege.
Paulatim eos ad Christi legem allectans.
Sic factus sum infirmis infirmus,

Prudenter conuiuens ad multa, quæ modo non ferrem,

Vt infirmos lucrifacerem.

Morum quadam lenitate, rerumq; indulgentia. Sic enim,

Omnibus omnia factus sum.

Nullius consuetudinem repuli,

Vt omnes saluos facerem.

Id quod vnice opto, id solicito.

Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.

Quo promittitur æterna gloria, probe in domini vinea laboranti. Qualē autē cursum effeci aut efficiam, scit deus. Currat autem vnusquisq; in sua vocatione, huius mercedis suauissima spe, vt eius gloriæ particeps efficiatur.

Nescitis quod ij qui in stadio currunt,

Loco ad cursum destinato lucri causa,

Omnes quidem currunt:

Vincere conantur,

Sed vnus accipit brauium?

Dignus premio, qui plus laborauit, ꝙ

cæteris

cæteris cucurrit citius, vires omnes ad hibuit, vt vinceret.

Sic,

Et vos.

Currite, vt comprehendatis.

Currat vnusquisq;, certa spe comprehendendi, neq; non comprehendet, si fidem seruauerit, sanctæq; vitæ cōuersatione, bonum cursum consummauerit. Etenim benignus est deus & misericors. Vt autem comprehendamus, & vigilia, quę carnem debilitat, paratūq; hominem efficit contra inimicum, ieiunio, quod carnem humiliat, subditamq; reddit, oratione, qua opem petimus & accipimus per gratiam.

Omnis autem qui in agone cōtendit:

In certaminis & pugnæ loco, prius vt se paratiorem efficiat,

Ab omnibus se abstinet.

Modestus in cibo, modestior in potu, seq; temperat ab omnibus, quæ eum quouis modo impedirent.

Et illi quidem vt corruptibilē coronam accipiant:

Hæc omnia tam sollicite faciunt, vt momentaneam gloriolam accipiant, coronam quæ in victoriȩ signum capiti imponitur, facile caducam, vel per ipsius victoris mortem, vel quod trium dierum fumus velud est, victoriæ inanis fama.

Nos autem,

Qui in perpetuo agone cum carne, diabolo, & mundo versamur, contendimus, vt

Incorruptam.

Immarcessibilem coronam & ȩternam victoriam accipiamus. Si me quidem in exemplum volueritis.

Ego igitur sic curro,

Per huius seculi latos, & campos plenos periculo.

Non quasi in incertum:

Propter certam fidem & spem certam vna cũ solicitudine & laborioso cursu, pariter &

Sic pugno,

Inter priores aduersarios, & acerbissimos hostes.

Non quasi aerem verberans:

Inaniter & sine fructu.

Sed castigo corpus meum,

Domesticum illum hostem, paratum semper in pugnam aduersus spiritum, hunc hostem castigo, cibi & potus abstinentia, assiduis laboribus, vt fatigetur, vigilijs, oratione, sine quibus non eijcitur hoc demonium. Corpus itaq; castigo, & viciniorem & robustiorem hostem.

Et in seruitutem redigo:

Vt seruiat spiritui, & obediat deo.

Ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Bene docens, & male agens, prædicās non furandum, & furari. Laboriosa est hæc hominis vita, quam hic docet apostolus. Hanc rident nostræ ætatis, pernitiosi humanæ vitæ nouatores, hoc est, & castitatis, & humilitatis, & patientiæ, & charitatis, & abstinentię potissimum, pariter & omnium piarū actionum osores, hinc solam fidē querunt, opera nulla exigunt, quibus nihil tam acerbum est, q̄ vox bonorum operum. Sic populum dei abalienarunt,

Huius ætatis nouatores.

ab omni ieiunio, prorsus ab omni oratione, ab eleemosinis omnino, quando proximi dilectionem prope omnem, e mundo abstulerunt. Apostolum hic legant & intelligant, audiant hoc verbū dei, & custodiant illud.

Cap. X. Argumentum.

Veteris testamenti figuræ, nobis doctrinæ sunt, & pro nobis scriptæ sunt. Non est qui poßit fidere in bonitate dei, nisi qui a uitijs pro uiribus fugit. A fornicatione & idololatria fugiendum docet. Hortatur ut meminerimus ingentis beneficii a Christo, ut simus corporis & sanguinis eius participes. Parcendum est alienæ conscientiæ, & omnia in dei gloriam facienda.



Olo enim vos ignorare fratres,

Qui estis ex iudæis.

Exod. 13. 14. Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt:

In itinere deserti, sub obscura nube per diem, ne ab hostibus lederentur, & clara ignis columna per noctem, ne a recta via aberrarent.

Et omnes mare transierunt.

Siccum

Siccum præbens iter.

Et omnes in Moyse,

Per Moysen & preces eius.

Baptizati sunt in nube & in mari.

Salutem acceperunt, liberati a Pharaonis seruitute, quemadmodũ a demonis potestate, baptismo liberamur per aquam & spiritum sanctum, vere ignis purificãtis columnam.

Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, Exod.16.

Ignotam e cœlo escam, cuius loco, fide bene cognitam escam dedit nobis Christus Iesus, suum vere corpus.

Et omnes eundem potum spiritualem biberunt, Exod.17.

Quæ fluebat e petra.

(Bibebant autem de spirituali consequente eos petra.

Quæ vt modo interpretemur,

Petra autem erat Christus)

E cuius latere fluxit sanguis & aqua, id quod prior petra in deserto, præcinebat, hæc immensa beneficia acceperunt.

Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo.

Ingratissimi, pauci ex illis placuerunt deo.

Nume. 26. Nam prostrati sunt in deserto.

Oēs morte, præter duos affecit deus.

Hęc autem in figura sunt nostri vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.

Ne moriamur æterna morte, cum nobis spiritualia sunt omnia, quæ illis tēporalia erant.

Neq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis,

Ne deterius vobis contingat.

Exod. 23. Quemadmodum scriptum est.

De illis, cum præconis voce, ad iusta sacra vocarentur per Moysen.

Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere:

Deum & sacra cōtemnebant, viuentes secundum carnem (communis hodie[illegible] nus morbus) cū iuissent ad sacra lusum ibant, in lupanaria, has concupiscentias fugite.

Ne[illegible]

Neq; fornicemur ficut quidam ex ipfis fornicati funt,
Minus fortafsis q̃ fit hac noftra dolenda ætate. Propterea irafcebatur illis deus.

Et ceciderunt,
Morte affecti funt.

Vna die viginti tria milia,
Terrificum exemplum.

Neq; tentemus chriftum, ficut quidam eorum tentauerunt, & a ferpentibus perierunt. Nume.25.

Erat diffidentia hæc tentatio, & ingẽs ingratitudo, pro magnis beneficijs. Inde fequitur, Nume.21.

Neq; murmurraueritis, ficut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.
Chorę & Abyrõ exemplo, in quos mifit deus angelum in vindictam qui exterminaret. Sic nõ eft murmurandum contra reges & magiftratus, magnos dei miniftros in populo & eius vicem gerentes.

Hæc autem omnia in figuris

contin-

contingebant illis:

Vt nos admonerent eorum pericula & magnæ afflictiones.

Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos ſeculorũ fines deuenerunt.

In vltima hominum ętate conſtituimur. Neq; tam ſeneſcit mundus, q̃ in peiorem partem inclinat.

Itaq; qui ſe exiſtimat ſtare,

Qui ſibijpſi & ſuæ virtuti nimis fidit.

Videat ne cadat.

Vigilet, ne tentatione vincatur. Deum pro vobis rogo,

Vt tentatio vos non apprehendat, niſi humana.

Niſi exigua, quæ facile vincitur per gratiam, ſine qua viuit mortalis nemo.

Fidelis autem deus eſt.

In his quę promittit, opem ſcilicet inuocantibus eum in veritate.

Qui non patietur vos tentari, ſuper id quod,

Ferre,

Poteſtis.

Si

Si opem ab eo solicite & humillime petieritis.

Sed faciet etiam cum tentatione prouentum,

Vtilitatem ex tentatione capietis.

Vt possitis sustinere.

Ad hoc benigne exercet vos deus, vt tẽptationẽ cũ vrgeat, facilius feratis.

Propter quod charissimi mihi, (vt prudentibus loquor)

Deum tam paratum & benignum adiutorem habentes.

Fugite ab idolorum cultura.

Quę super omnia hominem a deo separat.

Vos ipsi iudicate quod dico.

Humanam rationem non latet. Qui colet idola, particeps est cum idolis, socius aut seruus idolorum. Vobiscum hæc cogitate.

Calix benedictionis cui,

Pro commisso nobis ministerio,

Benedicimus,

Et per benedictionẽ, hoc est verborũ christi prolationem, & pręsentaneam suam

ſuam præſentiã, quæ operatur & perficit omnia (vt more noſtro loquamur) cõſecramus, & de vino, chriſti ſanguis efficitur.

Nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?

Nonne efficimur participes cum chriſto? & vtilitatem accipimus ab illa cõmunione, quia manet Chriſtus in nobis?

Et panis quem frangimus,

Benedictione præmiſſa.

Nonne participatio corporis domini eſt?

Quia ipſũ corpus ſumimus? Eius itaq; participes ſimus neceſſe eſt. Omnes qui digne edimus, corpus & ſanguinẽ chriſti, participes, ſotij, amici, fratres, efficimur.

Quoniam vnus panis,

Ad ſimilitudinẽ, q̇ fit ex multis granis

Et vnum corpus multi ſumus.

Cõgregati in vnam fidem, cuius caput Chriſtus eſt.

Ideo de vno pane,

Ad ſpeciem, chriſti corpore per fidem,

Et de

Et de vno calice participamus.
Participes & fratres efficimur.
Videte Israel secundū carnē.
Qui carnale sacrificium habetis.
Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?
Vere participes sunt, partem edentes, & si quid virtutis inest, partē accipiūt.
Quid ergo?
Ex hac collatione sequitur? Quid me putatis sentire de idolothytis?
Dico quod idolis immolatum sit aliquid?
Nihil minus. Non est alia caro ab illa, quę in macello vęneūt. Nō potest participium capere ab eo quod nihil est, est igitur aliquid magis propter immolationem, quod idolis immolatur?
Aut quod idolum est aliquid?
Nihil esse idolum dico, aliud q̄ lapis aut lignum.
Sed,
Hoc dico & vobis denuntio.
Quod immolant gentes,
Suis idolis.
Dæmo-

Dæmonijs immolant, nō deo.
Si aliquam igitur participationem habueritis, edendo immolatum idolis, cum diabolo est participatio vestra. Cauete igitur.

Nolo autem vos socios fieri dæmonum.
Per hanc participationem mala fide in idola, in stipites, & lapides illos. Hoc scitote, quia

Non potestis calicem domini bibere,
In vtilitatem vestram,

Et calicem demoniorum.
Simul non conueniunt, magis q̄ luci tenebrę, adherens vni, altrum deserit atq; contemnit. Domini sunt aduersissimi. Calicem dęmoniorum appellat, vinum quod in idolorum sacrificijs propinabatur. Quare

Non potestis mensæ domini participes esse,
More christianorum.

Et mense dæmoniorum.
Hoc ait ad illos, qui numinis plurimū idolis inesse putant, cum vere nihil sit idolum

idolũ,vel quod idolo immolatur. Aut idolum prorsus abiiciant,aut a christo prorsus abeãt, necesse est. Cũ vtroq; nõ potest ptıcipare. Qui demoniorũ men sæ participat, necesse est, Christo sit hostis,hac igitur participatione.

An emulamur dominum?

Volentes irritamus deum, qui eo relicto, eius aduersario iungımur? Volumus ne cum eo contendere?

Nunquid fortiores illo sumus?

Et eum non timentes contemnimus? Idolothyta edere non est malũ,modo sciam⁹ nihil esse idolũ,aut idolo immolatũ.Dicat vnusquisq; quod ego dico.

Omnia mihi licent,

Quæ non sunt mala aut prohibita.

Sed non omnia expediunt.

Vt ea semp faciã quę liceãt.Sic autẽ &

Oia mihi licẽt,sed nõ oia ędificãt.

Proximum non ıuuant,seu nocent potius,id quod summopere cauendũ est.

Nemo qđ suũ est q̃rat, sed alteri⁹

Nemo sibi soli placere querat, nemo ad voluntatem aut voluptatem suam agat,in alterius damnũ. Cauti simus, fratri ne simus offendiculo, vt fratrem

per omnia iuuemus, incumbamus. hoc enim exigit in fratrem dilectio. Scienti, omnia licent, quare.

Omne quod in macello venit,

Venditur esca,

Manducate.

Hoc licet sine discrimine.

Nihil interrogantes propter conscientiam.

Non tuam qui scientiã habes, sed fratris qui adest forte. Nullũ cibum prohibet deus, nam

Domini est terra, & plenitudo eius.

Qui omnia nostra causa creauit, nobisq; vt mũda & licita, in escam dedit.

Si quis vocat vos infidelium ad cænam,

Qui solet idolothyta edere.

Et vultis ire:

Constituistis cum eo cænare.

Omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

Cum non sit malum idolothyta manducare

ducare, nisi in corrupta conscientia, neq; immolatam carnem, ab alia discernes.

Si quis autem dixerit,

Super mensam,

Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit.

Ne male de te suspicetur.

Et propter conscientiam.

Nolite manducare.

Conscientiam autem dico non tuam.

Qui scientiam forte habes.

Sed alterius.

Qui tecum recumbit.

Vt quid enim libertas mea iudicatur propter aliam conscientiã?

Hoc obijcit apostolo improbus christianus. Cur non mihi licet, mea (inquit) libertate vti? Cur aliena conscientia me impediret?

Si ego cum gratia participo,

Carnes immolatas mãduco, præmissa gratiarũ actione, quod christianũ est.

Quid blaſphemor,

Cur male de me loquũtur? Nonne

Pro eo quod gratias ago?

Blaſphemor? non ea eſt cauſa, inquit apoſt. ſed quod fratris conſcientiam leſiſti, cõdemnatur temeraria libertas tua. Dei gloria minuitur in fratre, cuius conſcientiam tua nimia libertate, vulneraſti,

Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite.

Erga voſipſos, & erga proximum,

Sine offenſione eſtote iudæis & gentibus, in eccleſia dei.

Circumſpecti eſtote, ne factis veſtris alterius conſcientiam ledatis. Eſtote omnibus, pietatis exemplum.

Sicut & ego omnibus per omnia placeo,

Cautus, ne cuiuis offendiculo ſim.

Nõ querẽs quod mihi vtile eſt.

Quod meę ſeruiat volũtariæ libertati.

Sed quod multis.

Vtile eſſe poteſt, id ſũmopere quero.



Vt salui fiant.

Vt quod deo gratum est, id agãt meo exemplo. Illibenter hũc locum Pauli, legunt nostri huius orbis improbi nouatores, & veteris philosophiæ Epicureorum, noui sectatores.

Cap. XI. Argumentum.

Coniugatorum piam abstinentiam indicat, orationis causa, inordinatum morem in communione eucharistiæ arguit, ad eamq; digne sumendam, uehementer hortatur.



IMitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Mei vos similes esse cupio, meam doctrinam accipite, meã conuersationem sequimini.

Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis.

Ironia videtur.

Et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis,

Quæ verbo, non scripto reliqui.

Volo autem vos scire.

Vt a me discatis.

Quod omnis viri caput Christus est,

Vos autem membra.

Caput autem mulieris vir.

Gene: 3. Quam viro subdidit deus. Sub viri (inquit) potestate eris.

Caput vero Christi deus.

Pater, cui omnia tribuit filius, vt autē se subiectam agnoscat mulier.

Omnis autem mulier, orans aut prophetans,

Malo Corinthiorum more. Solebant mulieres, sacram scripturam interpretari publice, id quod posterius reprobat apost. Si hoc agat aut oret in ecclesia.

Non velato capite,

Sed aperto, & nudo, passis forte crinibus.

Deturpat caput suum,

Virum dehonestat, quę nullam subiectionem præsefert. Subiectionē quidem indicat, capitis velamen. Muliebremq; pudorem seponit, quæ nudo capite, in publicum se offert.

Vnum

Vnum enim eſt, ac ſi decaluetur,
Quam ſit autem indecorum & quidem turpe, mulierem aut raſo aut decalnato capite palã verſari, nemo neſcit. Alienum a natura videtur.
Nam ſi non velatur mulier, tondeatur.
Vt erubeſcat magis.
Si vero turpe eſt mulieri tonderi & decaluari.
Si velit illam turpitudinem fugere.
Velet caput ſuum, Vir quidem non debet velare caput ſuũ, quoniam imago & gloria dei eſt,
Quia ſicut deo oĩs eſt poteſtas in cœlo & in terra, & in inferno, ita & in mulierem, & in cætera omnia animantia, primarium principatũ dedit viro deus. Quod autem ad corpus & animam attinet, deo pares ſunt vir & mulier. Ad imaginem ſuã eos fecit deus, maſculum & feminam, per intellectum & animæ immortalitatem. In viro præcipua ſua creatura, cui omnem poteſtatẽ in animãtia dedit, gloriatur de9.

Mulier autem gloria viri eſt,

Illi iure naturæ ſubdita, data vt ſit omnium rerum adiutrix, ex viro ſumpta.

Nō eni vir ex muliere eſt ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem ſed mulier propter virum,

Ad viri & neceſſitatem, & humani generis propagationem. Itaq; viro obediat.

Ideo debet mulier velamen habere ſuper caput ſuum,

Et propter ſubiectionis ſignum.

Et propter angelos.

Quos vel eccleſiæ & verbi miniſtros intelligit propheta, ne oculis vanitatem aliquam inferat, mulieris turpitudo, vel illos cœleſtes adminiſtratorios ſpiritus, qui ſacris adſunt, ab hac muliebri laſciuia abhorrentes. In hoc ſenſu hoc addit forte apoſt. vt magis erubeſcat mulier. Fecit autem deus virum & mulierem.

Verūtamen neq; vir ſine muliere, neq; mulier ſine viro,

Diu consistere potest, vt sit itaq; hæc coniũxio, necessum est, modo fiat.

In domino,

Licito coitu per licitas nuptias.

Nam sicut mulier de viro,

Sumpta primum est.

Ita & vir per mulierem,

Fit enim mutua coniunctione propagatio.

Omnia autem ex deo:

Sine quo nulla est propagatio, ille est qui operatur. Quod autem ad mulierem attinet,

Vos ipsi iudicate,

Pro vestro sensu.

Decet mulierem non velatam orare deum?

In publico conuentu? neutiq̃ plane.

Neq; igitur decet communi sensu.

Nec ipsa natura docet vos,

Vt ita fiat. Aliud est etiam inter virum & mulierem.

Quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi.

Indecorum & turpe, iam vir tanq̃ effe-

minatus,

Mulier vero ſi comam nutriat, gloria eſt illi.

Honeſta res eſt,& naturæ decens,ſicut turpe illi eſt,decaluari.

Quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt,

Quodam naturali capitis operimēto ad decorem. Aliud velamen quod ſuperponitur,docet verbum dei, in ſubiectionis ſignum, ne degeneret mulier ab obedientia.

Si quis autem videtur contentioſus eſſe,

Aliam inhoneſtam conſuetudinem inferens,& contra verbum dei,& contra naturæ decus.

Nos talem conſuetudinem nō habemus,

Vbi verſamur, aut verſati ſumus.

Neq; eccleſia dei.

Vsq̃ gentium. Huic ergo tam generali,& tam honeſtæ conſuetudini, nō eſt reſiſtendum,

Hoc autem pręcipio,

quod prædictum est & quod sequi-
vos,
Non laudans,
ed arguens.
Quod non in melius,
er frequētiores admonitiones meas.
Sed in deterius conuenitis.
iam illam pristinam consuetudinem
iitientes.
Primum quidem,
d quod omnium præcipuum est,
Conuenientibus vobis in eccle-
siam.
d cœnam dominicam sumendam.
Audio scissuras esse inter vos.
issidia quedam, propter diuitum in-
dignationes, qui prisco more, honesto
uidem, pauperiores ad epulas non
ecipiunt.
Et ex parte credo.
llas scissuras esse.
Nam opportet hæreses esse,
Dissentiones oriri oportet quādo re-
spuūtur, qui epularum participes esse
solebant, Oportet quoq; per hanc dis-
sentio-

sentionem,

Vt & qui probati sunt,

Probi, & prudentes, & pro charitat patientia præditi sunt,

Manifesti fiant in vobis,

Non possunt illi probi homines inte vos latere, qui vos patienter ferunt laude digni, & vos qui acriter argua mini.

Conuenientibus ergo vobis in vnum,

Eo quo iam diximus modo.

Iam non est dominicam cœna manducare.

Vos ad illam præparare solito & ho nestissimo more, qui simul diuites & pauperes communi mensa epulari so lebatis, post sumptam dominicam cœ nam, vt charitate coniūctissimi fratres

Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducandum.

Pauperes repellunt diuites qui splen dide palam epulantur, pauperes non expectant, prisco more. Solebant fie ri communes epulę, ad similitudinem illius dominicæ cœnę, id quod in vnā

charita

charitatem omnes miro modo copu-
labat. Sed per hanc scissuram,
Et alius quidem esurit,
Per inopiam.
Alius autem ebrius est.
Saturatus nimis, per nimiam abundan-
tiam, idq; palam fit, in pauperum lōge
maiorem acerbitatem, qui a solitis e-
pulis, palam repelluntur. Si autem id
omnino velitis vos diuites,
Nunquid domos non habetis
ad manducandum & bibendum?
Vt illic potius ad hanc saturitatem bi-
batis, q̄ in publico, ad omnium paupe-
rum ingentem offentionem?
Aut contemnitis dei ecclesiā?
Id quod deterius est, tot fratres de-
spicere.
Et confunditis eos qui non ha-
bent,
Magno pudore eos afficitis, & pluri-
mum irritatis, qui tam palam hæc faci-
tis, tanq̄ in aliorum omnium despectū.
Quid dicam vobis?
Pro tam graui delicto?
Laudo vos?
Estis

Estis ne digni quos laudem?

In hoc non laudo.

Grauius non dicam, nimis ne forte in pauperes aspera correptione vos ir ritem. Quod autem ad corporis & san guinis domini christianam illam com munionem attinet.

Ego enim accepi a domino.

Non ab homine.

Quod & tradidi vobis.

Iam pridem verbo & sermone, & iterũ ad vos nunc scribo.

Quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur,

In manus impiorũ, prius super cœnã,

Accepit panem & gratias agens,

Deo patri, nobis in exemplum, vt om nia in dei nomine faciamus, panem,

Fregit,

Vt assidentibus distribueret.

Et dixit.

Pro sua diuina potentia, quæ dicit & factum est.

Accipite & manducate,

Et certo certius credite, quia iam,

Hoc

Hoc est,

Quod vobis porrigo.

Corpus meum.

Quod iam iam, panis erat, istud inq̃ corpus.

Quod pro vobis tradetur,

Et in cruce frangetur. Vos igitur

Hoc facite,

Quod ego nunc facio. Vobisq; potestatem do vt faciatis,

In meam commemorationem,

Mei etenim memineritis necesse est, & huius potestatis vobis tradite, cui semper adero, vt perficiam quæ facitis.

Similiter & calicem postq̃ cœnauit.

Cum priore gratiarũ actione, acepit,

Dicens, hic calix,

Quod in calice continetur, iam versum in sanguinem meum.

Nouum testamentũ est in meo sanguine.

Per hunc sanguinem meum, quia noua beneficia, nouas promissiones, de redemptione & regno celorũ affert, hæc

testatur

testatur sanguis meus,mors mea.

Hoc facite,

Vt prius in pane,

Quotienscũq; bibetis,in meam commemorationem,

Mortis meę memores, & redemptionis adquisitę per hanc mortem,

Quotienscunq; enim manducabitis panem hunc,

Nunc a pane in corpus meum commutatum,simul.

Et calicē biberitis, mortem domini annuntiabitis donec veniat.

In seculi consummatione, quando eũ non sub aliqua specie per fidem,sed in gloria quemadmodum est, eum videbitis.Interim recēs & quotidiana erit eius memoria, per hanc sui corporis præsentiam,& huius rei veritatem annũciabitis & declarabitis ecclesię dei. Est etenim verum corpus domini, & verus sanguis domini.

Itaq; quicunq; manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne,

Inquinata conſcientia, aut ſine fide, alienus a charitate.

Reus erit corporis & ſanguinis domini.

Perinde atq; cum iudæis conſenſiſſet, Chriſtumq; cum eis morte affeciſſet. Prius q̃ igitur accedat,

Probet ſeipſum homo.

Suam intus conſcientiam examinet, eamq; nitidam & puram, q̃ poſſit, efficiat, diligenter diſcutiat, amplius atq; amplius lauat, vt domino nõ indignũ habitaculum afferat.

Et tunc de pane illo ædat, & de calice bibat.

Hæc facite quotiescunq; manducaueritis. Iterum indignos terrefacit.

Qui enim manducat & bibit indigne, iuditium,

Damnationem,

Sibi manducat & bibit.

Proprij quidẽ delicti pœnas luet, qui tam indigne accipit.

Nõ diiudicans corpus domini. Non diſcernens ſacratiſſimum corpus domini, quod manducat, a communibus

bus alijs cibis, qui animum & conſcientiam non præparat. Non panem, ſed corpus domini, hic vocat apoſt. q̄uis ſeipſum, panem vocet Chriſtus, non ſemel. Vereor ne indigne multi inter vos manducent.

Ideo inter vos multi infirmi.

Valetudinarij ſunt, morbos & varios & incognitos, & ſubinde nouos inter vos habetis Noſtrę ætati parcat deus, qui ijs afflictionibus abundat, meaq; ſententia, priores omnes ętates in hoc longe ſuperat, valetudinarij eſtis,

Et imbecilles,

Longa morborum aſperitate,

Et dormiunt multi.

Moriuntur præter ſolitũ morem. Sic interim a dño iudicamur, affligimur,

Quod ſi nosmetipſos iudicaremus,

Et probe verſaremur in dei obſequio, & in his potiſſimum ſacris, vt q̄ fieri poſſit per humanã fragilitatem digne corpus domini ſumamus.

Non vtiq; iudicaremur.

Nõ ſic affligeremur a domino, q̄uis domini

mini afflictiones, vtiles sunt,

Dum iudicamur autem a dño,

Per eiusmodi afflictiones.

Corripimur.

Temporaria afflictione, amice admonemur,

Vt non cum hoc mundo iudicemur.

Huius seculi hominibus, ne perpetuo damnemur.

Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandum,

Publice & palam, prisco optimo more vestro.

Inuicem expectate.

Vt pauperes vobiscum in mensa habeatis. Si autē ad corpus domini mānducandum cōuenitis, tunc vos qui ditiores estis, pauperes potissimum expectate, vt simul vobiscum communicent. Nolite superbire, & pauperes in mensa domini spernere, qui eundem dominum habetis, & simul recipitis, sine personarum acceptione, & quo sitis maiores, eo in hac mensa humiliores estote. Quod autem ad alios cibos

attinet.

Si quis esurit,

Palam nolens expectare.

Domi manducet, vt non in iudicium conueniatis.

Hæreses & dissentiones ne prouocetis quæ charitatem dissipant, & homines indignos efficiũt, domini corpore, hæc interim vobis trado per epistolam, vt cautiores & prudentiores sitis.

Cætera autem cum venero, disponam.

Præsens ordinabo, vt ea teneatis & obseruetis, & quæ præsens verbo & sermone tradiderim, & quæ absens per epistolam docuerim.

Cap. XII. Argumentum.

Sicut variæ in christi ecclesia donorum a spiritu sancto diuisiones sunt, ita suam uocationem unusquisque sine quauis insolentia exerceat, membrorum corporis exemplo, quæ inuicem se iuuant, nulla simultate, insigni concordia.


E spiritualibus,

Doni a spiritu sancto.

Nolo vos ignorare fratres.

Vt disca-

Vt diſcatis & quæ ſint,& donum a dono quomodo diſcernẽdum ſit, quoſq; diuerſos vſus habent. Dona videntur habere gentiliũ vates,qui furore tanq̃ repleti, vaticinantes inſaniunt, acti a dæmone,falſi deceptores. Dei autem prophete,& quieti, & mites, & ſobrij, & veraces ſunt.

Scitis autem,

Voſipſi,

Quoniam cum,

Nuper.

Gentes adhuc eſſetis,

Idolis ſeruientes.

Ad ſimulachra muta,

Lignea ſeu marmorea illa.

Prout ducebamini.

Ab omni veritate ſeducti, veſtra tamen ſponte.

Euntes,

In præcipitium & damnationem veſtram. Hæc non poteſtis ignorare,

Ideo notum vobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens,

Qui per ſpiritum ſanctum loquitur, & quem dirigit ille ſpiritus,

Dicit anathema Iesu.

Iesum non execratur, non spernit, sicut falsi vates vestri, qui a dęmone aguntur, & vosipsi quando ad muta simulachra ibatis. Contra autem

Et nemo potest dicere dominus Iesus,

Eum inuocare, aut illi fidere & seipsũ committere nemo potest,

Nisi in spiritu sancto.

Nisi inhabitantem spiritum sanctum habeat, cor eius dirigentem. Nõ enim sufficimus ex nobis, sine spiritus sancti auxilio. Huic dei vatem a dæmonis, facile agnoscetis, pariter & fidelem ab infideli. Nemo fidelis omni qua potest reuerentia, iesum non loquitur. Fidelium nemo illius nominis memoria nõ excitatur & intus gaudet. Huius spiritus dona sunt varia.

Diuisiones vero gratiarũ sunt, idem autem spiritus,

Omnium gratiarum largitor.

Et diuisiones ministrationũ sũt.

Officiorum in ecclesia dei,

Idem autem dominus.

Cui

Cui feruiunt oēs,& cuius miniſtri ſūt.

Et diuiſiones operationū ſunt.

Singularia dona, ſinguli habent, vt morbos curent,vulnera ſanent, dirupta membra conſolident, atq; id genus alia.

Idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus.

Non ſunt dij, & dæmones quondam veſtri qui hæc operantur. Perſpicua ſunt hec.

Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus, ad vtilitatem,

Nemo qui recte ſapit non perſpicit. Perſpicies autem, ex doni vtilitate, Salutarem fructum affert, quodcunq; donum eſt a deo.

Alij quidem per ſpiritum, datur ſermo ſapientiæ.

Quę omnibus quibus cū viuit,prodeſt

Alij autem ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum.

Ab eodem ſpiritu datur, Dei quidem donum eſt,pręcęteris ſcire, Nobis ergo nō arrogemus,

Alij

Alij fides in eodem spiritu.

Per eundem spiritum datur, fides, quę signa & mirabilia operatur, huius spiritus nomine.

Alij gratia sanitatum, in vno spiritu,

Qua ignotam alijs sanitatem operat, non arte sed dono, per illum vnicum spiritum qui omnia in omnibus operatur,

Alij operatio virtutum,

Act. 5. 13. Vt demones abijtiant, cæci videant, claudi ambulent, vita indignum, vita priuet, Petri exemplo, in Ananiam & Saphiram, sic visu priuauit elymam Paulus.

Alij prophetia,

Qui vera prædicat doctus a vero spiritu, vt magna vtilitate dei verbum denuntiet, sacrasq; literas interpretetur.

Alij discretio spirituum,

Qui facile iudicat, falsum, a vero spiritu, curuum a recto, prophanum a sacro, deceptorium a simplici, simulatū a candido, velut pectoris archanum rimans, ingens donum.

Alij ge-

Alij genera linguarum,

Vt varias linguas calleant, vtile donū apud bonum dispensatorem.

Alij interpretatio sermonum,

Non cuiuis datur linguæ utilis interpretatio, qui linguam callet. Sibi prodest, alijs non adeo. Qui probe interpretatur, multis prodest.

Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus.

Hoc toties repetit apost. Vt hunc vnū spiritum omnia quæ bona sunt elargientē, agnoscant Corinthij. Hic etenim vnicus spiritus est.

Diuidens singulis pro vt vult.

Non ergo superbiat, cui quod maius est datur, nec ægreferat cui minus, sed cum gratiarum actione, suo dono contentus sit, qui nullo suo merito, mensuram pro voluntate dei accipiat. Alter alterum itaq; non fastidiat, alter in alterum non superbiat.

Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa.

Quæ diuersa habent officia, oculus videt, audit auris, nares olfaciunt, lin-

gua loquitur, & id genus alia.

Omnia tamen membra corpo-
ris, cum sint multa,

In varios vsus.

Vnum tamen corpus sunt.

Et necessaria & inseparabilia in inte-
gro corpore, & nullum alteri non libē-
ter seruit, sine vllo fastidio:

Ita & Christus,

Qui caput est corporis ecclesiæ suæ,
per varios ordines variaq; dona, con-
stituit in corpore ecclesiæ suæ multa
velut membra, quę tam diu huius cor-
poris membra sunt, q̃diu se per super-
biam aut vitē prauitatem a corpore
non separant Omnes vnum corpus su
mus, qui Christum agnoscimus.

Etenim in vno spiritu, omnes
nos in vnum corpus baptizati su-
mus, siue iudæi, siue gentiles, siue
serui, siue liberi,

Vnus spiritus qui in baptismo opera-
tur cōiunxit nos, qui eodem fonte re-
generamur, vt efficiamur in vno spiri-
tu, vnum corpus, nam,

Et omnes in vno spiritu potati sumus,

Vt crescamus, & in vnũ corpus coalescamus, vnam irrigationem ab vno spiritu accipientes, vt vegetemus in vnũ consentientem spiritum, vt alter alteri seruiat tanq̃ corporis membra.

Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa.

Vnius corporis membra sunt, & alterum alterius eget auxilio, iureq; ab altero auxilium exigit. Ecclesiæ christi corporis membra sumus omnes, qui Christum fide & vitæ sancta conuersatione agnoscamus, & debitores sumus inuicem, vt corporis membra.

Si dixerit pes quoniam nõ sum manus,

Sed corporis totius infima pars, non in eo honore constitutus, quo manus primarius totius corporis minister, & ideo,

Non sum de corpore.

Vt ei in necessitate seruiam.

Non ideo non est de corpore?

Vt cor-

Vt corpori non seruiat.

Et si dixerit auris, quoniam n
sum oculus,

Videns, sed audiens, aliudq; minist
rium habens, & ideo,

Non sum de corpore, non ide
non est de corpore?

Vt aliud in corpore officiũ exercea
Membra autẽ in corpore diuersa sin
necessũ est, ad diuersa ministeria, na

Si totum corpus oculus,

Tantum vt videat.

Vbi auris?

Audiendi officium?

Si totũ auditus, vbi odoratus
Narium officiũ? Ita igitur vt conueni

Nunc autẽ posuit deus mẽbra
In humano corpore distincta.

Vnumquodq; eorũ in corpore
Posuit deus,

Sicut voluit.

Sicut decuit, cuius voluntas, & benig
na & perfecta est, omnia prudẽtissim
pro voluntate faciens, qui dicit & fa
ctum est.

Quod

Quod si essent omnia,
Corporis membra,
Vnum membrum:
Deformata moles nulla membrorum distinctione.
vbi corpus?
Vbi corporis harmonia?
Nunc autem multa quidem membra,
Posuit deus in corpore.
Vnum autem corpus.
Cui adherent membra, inuicem tam amica, vt alter alteri omnem opem ferat, iuxta suum ministerium.
Non potest autem dicere oculus manui, opera tua nō indigeo, aut iterum caput,
Corporis primaria pars, non potest dicere
Pedibus, nō estis mihi necessarij.
Quantumuis infimæ partes sunt, non modo hæc perspicua sunt.
Sed multo magis quæ videntur mēbra corporis infirmiora esse,

Debi-

Debiliora.
Necessaria sunt.
Pariter,
Et quæ putamus ignobiliora
membra esse corporis,
Quæ minus honesta iudicantur, quan
do necessaria sunt.
His honorem abundantiorem
circundamus,
Vt honeste tegantur.
Et quæ inhonesta sunt nostra,
Hominum opinione pudenda,
Abundantiorē honestatē habēt,
Quia soliciti sumus, vt sana conseruen
tur, & a cōspectu honestius occulātur.
Honesta autem nostra,
Facies, manus, & membra quæ in pro
patulo posuit deus.
Nullius egent.
Ope vt occulantur.
Sed deus temperauit corpus ei.
Corporis parti.
Cui deerat.
Honesta facies.
Abundantiorem tribuendo ho
norem

norem, vt non scisma,
Vt non sit dissidium.
In corpore.
Ne vnum membrum aliud fastidiat,
Sed in idipsum, pro inuicem so
lita sint membra.
Vt inuicem opem ferant, magna con-
cordia, integroq; amore.
Et si quid patitur vnum mem-
brum,
Vel morbo, vel alia quauisaduersitate
Compatiuntur omnia membra.
Nullum non sentit malum, nullum non
adest omni solicitudine, vt quam pos-
sit, eam omnem opem ferat.
Siue gloriatur vnũ membrum,
Bene se sentiat, sanum sit, integritati a
morbo restitutum,
Congaudent omnia membra.
Participes & doloris & gaudij. Hanc
similitudinem a corporali ad spiritu-
ale, in intima viscera accipite,
Vos autem estis corpus christi,
Omnes qui probe christũ agnoscitis.
Et membra de membro.
Hoc

Hoc est tam connexa, & coniuncta, vt videantur inseparabilia, nec separari queunt, sine magno corporis detrimẽto. Vos estis corpus christi, in quo varia sunt membra.

Et quosdam quidẽ posuit deus in ecclesia,

Quæ christi corpus est, quodã ordine.

Primum apostolos,

Tanq̃ primaria mẽbra, oculos, in summa arcæ positos.

Secundo prophetas.

Qui per spiritum sanctũ & futura prædicunt, & verbum dei denuntiant.

Tertio doctores.

Qui prudenter & solicite docent, vt discant nescientes, & scientia imbuantur, donum tertio gradu dignum.

Deinde virtutes.

Vt oratione, mortuo vitam restituant, morbos curent.

Exinde gratia curationum.

Manuum, herbarum, & aliarum rerum ministerio.

Opitulationes,

Homi-

Homines qui peregrinis & in necessitate constitutis, subuenire studẽt Tobiæ, & similium exemplo.

Gubernationes,

Post priora spiritualia dona, secularia non prẹterit, reges, principes, iudices, qui hominum insolentias cohibent vt in ordine conseruentur. Hanc potestatem accipiunt a deo Neq; staret potestas, nisi eam posuisset deus, & conseruaret postremo.

Interpretationes sermonum.

Posuit deus in ecclesia, vt sint qui linguas interpretentur. Hoc in infimo loco posuit apost. propter Corinthios, qui de eo nimis gloriabantur, videant quibus hoc donum est, vt arrogantiã fugiant. Sic in ecclesia, hoc est in corpore suo distincta mẽbra posuit deus, neq; vnum alio non eget. Sint igitur concordes, vt membra in mortali corpore. Vnum membrum, aliud inferius non fastidiat. Sicut omnia mẽbra, non sunt oculi, ita

Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes

 virtutes

virtutes? Nunquid omnes gratiã habent curationũ? Nũquid omnes linguis loqnuntur? Nunquid omnes interpretantur?

Nunquid singuli sua singula dona non habent? Sit igitur vnusquisq; suo dono contentus, neq; infimũ donum habentem cõtemnat, qui primarium habet, potior est in illo dono, qui infimũ habet. Vtrunq; ex deo.

Aemulamini autem charismata potiora.

Qui minora dona accepistis nitatur vnusquisq; cũ gratia, vt potiora dona accipiat. Bene conantem iuuat deus, Hæc interim docui.

Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

In proximo sequẽti capite, charitatis excellentiam scilicet, quæ tam necessaria est, vt nisi affuerit semper, omnia cætera dona inutilia sint.

Cap.

Cap. XIII. Argumentum.

Quemadmodum sine charitate nullum donum utile esse potest, ita omnem uirtutem perficit charitas, quæ omnes alias uirtutes longe supereminet, & in hac uita & in futura.



I linguis hominũ,
Omnium nationũ,
Loquar & angelorũ,
Supra omnem humanam eloquentiã.

Charitatem autem nõ habeam,
Vt illud donum in proximi Vtilitatem exerceam & impendam.

Factus sum velud æs sonans, aut cymbalum tinniens.

Sonus inanis est & prorsus inutilis, qui & nemini prodest, & sonanti per arrogantiam nocet, & in aerem euolat, nullo auditorum commodo. Corinthios taxat, qui nimium in linguis gloriabãtur, prope a charitate alieni. Adhuc autem,

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia,

Quæ dona, linguas longe ſuperant,

Et omnem ſcientiam,

Si habuero.

Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes tranſſeram,

Quod ait omnem fidem, omnem ſcientiam appoſite ſequitur. Scientia opus eſt ad aſſequendam fidem, neq; ad fidem pertingit vulgus, niſi ex verbi dei auditu. Pauci ſunt quos inſpirat de9. Neq; tamen fides non donum dei eſt, cum quod bonum ſit ex nobis, habeamus nihil. Hic de omni fide loquitur, tam illa omnium virtutum parente, vt ait Theophilactus, ſine qua impoſſibile eſt placere deo, q̃ de illa fide, qua fiunt nonnunq̃ mirabilia, exemplum de montibus tranſferendis ponit, quod omnium difficillimum videtur. Quicquid habeam,

Charitatem autem non habeã, nihil ſum.

Quia mortuus deo, cum mortua fide, quæ charitatem non operatur. Neq; prodeſt quicquid agam, nam,

Et ſi diſtribuero in cibos pauperum

rum omnes facultates meas,
Eleemosinam nonnulli satis elargiuntur, sed omnem maliciam in proximũ exercent, eum decipiunt, fraudant, diripiunt, ad mortem vsq; nulla iusta causa persecuntur, inutilis distributio, qui Petrum nudas, vt Paulum vestias, vt in vulgo prouerbium est.

Et si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam nihil mihi prodest.

Magnum est, quauis morte, mori pro christo, sed omnium asperrima mors, igne cremari. Neq; tamen inutilis omnino non est, sine charitate. Hanc itaq; charitatem studiosissime apud populum denuntiemus, sine qua omnis fides mortua est, & inutilis, quia

Charitas patiens est.

Omnem iniuriam æquo animo fert, nõ irascitur ad peccatum, quia

Benigna est,

Humana, liberalis, mansueta.

Charitas non æmulatur.

Nulli inuidet.

Non agit perperam.

Cogitat atq; considerat, priusq̃ agat, ne temere, ne insolenter agat.

Non inflatur,

Cor non eleuat, non superbit, non tumet.

Non est ambitiosa.

Vt iure vel iniuria, honores, magistratus, præfecturas aucupet, sua sorte cõtenta. Ambitio, pernitiosa bestia, Quę seditiones passim excitat. Charitas igitur

Non querit quæ sua sunt,

Suũ cõmodũ non adeo querit, vt non sit parata, in omni loco, in omni tempore, proximum iuuare

Non irritatur.

Omnes huius seculi occasiones quæ irritarent, contemnit prosus, quia benigna est non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt. Inde est quod

Non cogitat malum,

Si animum aliquando mala cogitatio titillauerit, euestigio reijcit. Quamobrem.

Non

Non gaudet ſuper iniquitate,
Ingrata eſt illi omnis iniquitas.
Congaudet autem veritati,
Ingratum eſt illi quod non cum veritate conuenit, quem probum & veritatis amicum perſpicit, deamat,
Omnia ſuffert,
Quicquid iniuriæ infertur.
Omnia credit,
Verbum veritatis tam amplectitur, vt aſſerẽti facile credat, alienus ab omni deceptione, alium ex puro animo ſuo iudicat, homo tractabilis.
Omnia ſperat,
Futura quæ meliora ſunt, de fratre nõ deſperat, futurum meliorem ſperat, non ſiniſtre ſuſpicatur.
Omnia ſuſtinet,
Interim propter eam bonam ſpem, quam habet de reconciliando fratre,
Charitas nunq̃ excidit.
Nullum tempus, nullus locus eſt, qui non eget charitate, charitati ſemper locus eſt, et in hac vita, & in futura.
Siue prophetiæ euacuabuntur,

Quia transierunt & completæ sunt.

Siue linguæ cessabunt.

Quia non erit qui linguis loquatur,

Siue scientia distruetur.

In obliuionem abibit, nō excidit charitas, viuit manet, non euacuabitur, nō cessabit, non destruetur,

Ex parte enim cognoscimus,

Hæc esse vera, prophetiā, linguas, scientiam aliquando cessare. Non dum adhuc cognoscimus, quemadmodum cognoscemus, quando nobis reuelabitur dei facies, vt sequitur.

Et ex parte prophetamus.

Inspirati: & dei verbo docti, vera prædicimus.

Cum autem venerit quod perfectum est,

Cum in gloria deum sicuti est, facie ad faciem viderimus.

Euacuabitur quod ex parte est.

Nulla erit ignorantia, omnia perfecte cognoscentur. Similitudinē profero.

Cum essem paruulus,

Immaturæ adhuc ætatis.

Loquebar vt paruulus,

Quia

Sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus.

Mihi non erat maior prudentia.

Qnando autem factus sum vir.

Perfectioris ætatis.

Euacuaui quæ erant paruuli.

Per ætatem solidioris cognitionis & intelligentiæ, vt paruuli in hac vita sumus omnes.

Videmus nunc,

Non aliter, q̃

Per speculum in ænigmate.

Imperfectum est quod per speculum videmus, rei tamen velut vmbrā videmus, & imaginem, sed labilem, nō permanentem, non rem ipsam In hac vita sic videmus.

Tunc autem,

Cum carnis mole deposita, coram deo glorificabimur.

Videbimus facie ad faciem.

Ipsam veritatē sine vllo quouis ænigmate, aut obscuritate.

Nunc autem,

In hac carne.

Cognoſco ex parte,

Rem nō apparentē aliter q̄ per fidē.

Tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.

Seipſum cognoſcit nemo. Nemo eſt quem deus nō perfecte cognoſcit. Ea cognoſcet vnusquiſq; in futuro ſeculo perfecte, quæ vult deus vt cognoſcat, ea inq̄ cognoſcet, ſine vllo velamine aut obſcuritate.

Nunc autem,

In hac vita.

Manent fides, ſpes, charitas, hæc tria,

Simul niſi adſint, prorſus inutilia ſunt alia omnia dona. Deum fide cognoſcimus, ſpe conſolabimur, vt quod credimus, apprehendamus. Charitas autē, fidem exercet, roborat, ſolidioremq; efficit.

Maior autem horū eſt charitas.

Sine qua inutilis & mortua fides eſt, eſt quoq; maior, quia poſt euacuatam omnēm fidem, & ſpem, ſola charitas inter electos, perpetuo durat. Sola charitas in cœlo eſt.

Cap. XIIII. Argumentum.

ALiis alia sunt potiora dona. Nullum a deo non utile & bonum: Linguarum dono, præstat prophetia, inutilis est sermo, quem non intelligunt auditores. Idiotis prodesse studeat, qui loquitur in ecclesia, taceat prorsus mulier, ut omnia pro honestate & conuenienti ordine, fiant in ecclesia.

Iam dixi vobis Corinthiis, de donis & charitate potissimum.



Ectamini charitatem.

Quę omnia solidat, vtiliaq; efficit, & cũ charitate.

Aemulamini spiritualia.

Quæcũq; a spiritu dei dona sunt, ea cũ gratiarũ actione accipite, & in proximi vtilitatem solicite exercete, incũbite vt ea dona, sequamini & donorũ virtutem. Inter alia dona.

Magis autem vt prophetetis,

Dei verbum vt solicite denuntietis, & interpretemini, secundum mensuram gratiæ, quod omnium & vtilissimum & præcipuum donum est.

Qui

Qui enim loquitur lingua.

Peregrina & ignota, id quod vos magnificatis nimium, & iactatis.

Non hominibus loquitur,

Qui linguam non intelligunt.

Sed deo.

Qui nihil non intelligit, non hominibus loquitur.

Nemo enim audit,

Audiens non audit, quia incertum & incognitum vocis sonum audit.

Spiritu autē loquitur mysteria.

Apud semetipsum sine auditorum vtilitate. Nō est vtile sic loqui, sed longe vtilius est prophetare.

Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem,

Vt vtilia discant.

Et exhortationem,

Vt ea quæ discunt exerceant.

Et consolationem,

Vt dei bonitatem agnoscant. neutiq̃ de ea desperent, modo non sint inobedientes, hoc est, cum fide vt charitatem iungant, pręceptis dei pro viribus obediant.

Qui

Qui loquitur lingua,

Apud idiotas.

Seipsum ædificat,

Sibi soli prodest,& nimium in hoc gloriabantur Corinthij.

Qui autem prophetat, ecclesiam dei ædificat.

Toti contioni prodest,quia docet vtilia,exhortatur ad ea,debiles consolatu A linguis non dehortor.

Volo autem omnes vos linguis loqui.

Hoc optarē, eximium quidē donū est.

Sed magis prophetare,

Longe præstat.

Nam maior est qui prophetat, q̃ qui linguis loquitur.

Ne nimium in linguis gloriemini.

Nisi interpretatur, vt ecclesia ædificationem accipiat.

Vberius forte donum est in vna lingua q̃ in alia. Qui autem eam interpretatatur ad fidelium vtilitatē, & seipsum & ecclesiam ędificat salutari doctrina.

Nunc autem fratres,

Quod

Quod ad me ipsum attinet.

Si venero ad vos linguis loquēs,
Quas non intelligitis.

Quid vobis prodero?
Prorsus nihil.

Nisi vobis loquar, aut in reuelatione.
Aperiendo mysteria paucis reuelata.

Aut in scientia,
Vt vos doceam vitæ normam ex sacris literis.

Aut in prophetia,
Futura prędicendo.

Aut in doctrina.
Vtilia docendo, prima forte rudimenta, quæ ad altiorem assequendam scientiam pertinent. Quod autem dixi de peregrinis linguis non intellectis, nullam afferri vtilitatem.

Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara nisi distinctionē sonituū dederit.
Audiuntur quidem, sed non intelligūtur, nisi distinctionem sonituum dederint, tūc enim quātūuis inanimata quid

velint, sentiũt auditores. Alias quidẽ.

Quomodo scietur id quod canitur, aut citharizatur? etenim si incertam vocem dat tuba.

Incognitam, confusam, non intellectã, Ex hac voce.

Quomodo parabit se ad bellũ?

Qui miles est, & certam, & intellectam tubæ vocem audire solet, quæ vel in bellum moneat, vel receptui.

Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis,

Quem auditores intelligant.

Quomodo scietr id qđ dicitur.

Perinde est, ac si nõ dicat. Vos etenim qui sic loquimini.

Eritis in aera loquentes,

Frustra in aerem vt fumus euanescet sermo, aerem verberatis voce, sine vlla vtilitate. Si lingua igit pegrina loqui iuuat, interp̃temini velim, ad auditorũ vtilitatẽ, si eũ intellectũ habueritis.

Tã multa vtputa genera linguarum sunt in hoc mũdo, & nullũ sine voce est.

Nullum

Nullum ſine intellectuali ſignificatio-
ne, nullum quod ſua verba diſtincta
quidem non habeat, vt intelligatur, vt
explanari in aliam linguam poſſit.

Si ergo neſciero virtutẽ vocis.

Significationem verbi qui loquor.

Ero ei cui loquar barbarus.

Ignota & peregrina loquens lingua.

Et qui loquitur,

Ea lingua quam non intelligo.

Mihi barbarus erit.

Quia non magis intelligit, q̃ ego, eiuſ-
modi ſciolos nonnullos in hac noſtra
ætate habemus.

Sic & vos,

Corinthij.

Quoniam æmulatores eſtis ſpi-
rituum.

Valde cupitis dona, linguarũ maxime.

Ad ædificationem eccleſiæ
querite,

Vt linguam veſtram intelligat eccleſia
in vtilitatem.

Vt abundetis,

Et ſanam doctrinam in eccleſia dei
augeatis

augeatis.

Et ideo qui loquitur lingua.

Peregrina.

Oret vt interpretetur.

Petat a deo vt interpretandi gratiam accipiat, in ecclesiæ vtilitatem. Non enim omnibus datum est, etiam intelligentibus, postulet igitur a deo.

Nam si orem lingua,

Et petam a deo, & mihi & populo peregrina,

Spiritus meus orat.

Vocis tantũ oratio est hæc, quæ sine fructu aerem verberat.

Mens autẽ mea sine fructu est.

Quia loquor quod non intelligo.

Quid ergo est?

Quid faciam vt bene faciam?

Orabo spiritu, orabo & mẽte.

Id quidem est quod petam a deo, vt orem spiritu, significata voce, quam ecclesia ad ædificationem intelligat, pariter vt eam mentem, eam voluntatem habeam, vt ecclesiæ prosim. Sic enim et

Psallã spiritu, psallã & mente.

Sacras cantiones habebant statis horis, antelucanas. Sic deo cantandum est. Non mandat apost. vt quæ seorsum orant ecclesiæ ministri & psallunt, vulgata lingua psallāt. Orat enim minister non ignota sibi lingua, pro se & pro populo. Orat populus seorsū, ne confusæ & inordinatæ sint orationes & cantiones. Quoties autem ad populum loquitur, vulgata lingua loquatur.

Cæterum,

Alias quidem,

Si benedixeris,

Populo bene precatus fueris.

Spiritu,

Sola voce non intellecta.

Qui supplet locum idiotę.

Laicus illam linguam ignorans quam loqueris.

Quomodo dicet, amen, super tuam benedictionem?

Quomodo respondebit, & petet seu optabit a deo, id quod precaris.

Quoniam quid dicas nescit,

Non propterea non bene precaris.

Nam

Nam tu quidem bene gratias agis.

Quod ad teipsum attinet qui intelligis.

Sed alter,

Idiota.

Non ædificatur.

Non iuuatur, nullam accipit vtilitatē, qui prorsus non intelligit. Quod autē ad me attinet.

Gratias ago deo, quod omniū vestrum lingua loquor.

Mihi igitur licet apud populū loqui, Lingua populari, idq; donum magnifacio, & mecum sic loquor pro voluntate lingua forte peregrina.

Sed in ecclesia,

In fidelium congregatione.

Volo,

Potius,

Quinque verba sensu meo loqui.

Hoc est quæ ego sic intelligo, vt ea facile explicare valeam in præsentis ecclesiæ vtilitatem, hoc est,

Vt & alios instruam, q̃ decem milia verborum in lingua.

Peregrina, quam ego solus intelligo. Cupio mihiipsi prodesse, sed multo magis, & mihi & ecclesiæ.

Fratres nolite pueri effici sensibus,

Nolite gloriosos esse apud vos, quod linguis loquimini, nolite ea causa superbire, & vobismetipsis nimium tribuere, & alios cõtemnere, qui alijs inutiles estis, estote humiles, nolite arrogantes esse in his malis sensibus, & cogitationibus vestris.

Sed malicia paruuli estote,

Simplices, tanq̃ paruuli, abhorrentes a priore malitia.

Sensibus autem perfecti estote.

Puerorum est pro tam leuiculo linguę dono quod alij nulli prodest, superbire Qui autem prudens est, cupit non tam sibi q̃ alijs prodesse, neq; non donum a dono diiudicat, inferiori dono præditus, non se præfert alijs potiora dona habentibus, sicuti vos, propter linguę donum vobis nimium arrogatis

tis, id quod ingratum eſt deo.

In lege enim ſcriptum eſt, quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic, & nec ſic, exaudient me dicit dominus.

Populi infelicitatem ſignificare videtur, qui tales præceptores habere mereantur. Ait itaq; ille propheta. Huic populo manda & remanda, & non audiet. Conteretur igitur & corruet. Vtrunq; monet, & pręceptorem & populum.

Itaq; linguę in ſignum ſunt, nō fidelibus, ſed infidelibus,

Apud quos, tales pręceprores ſinit deus, qui peregrinis linguis loquuntur, non interpretatis, eos velud odio habere videtur, propter eorum infidelitatem, ſuam gratiam ab illo populo tollens, cum neq; fidelibus, nec infidelibus proſunt eiuſmodi faſtuoſi præceptores.

Prophetiæ autem, non infidelibus, ſed fidelibus.

In ſignū ſunt. Eos amat deus, ad quos verbi bonos denuntiatores mittit. Eſt

itaq; quod gaudeant. Corinthios mire taxat apostolus, qui omnem gloriã in linguis ponebant, aliorum vtilitatem non querentes, qui neq; fidelibus nec infidelibus prosunt, sine interpretatione, peregrinis linguis loquentes.

Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur.

Peregrinis qui eas callent.

Intrent autem idiotæ,

Indocti & illiterati fideles.

Aut infideles,

Itidem idiotæ.

Nonne dicent quod insanitis?

Qui ad populum lingua peregrina loquimini?

Si autem omnes prophetent,

Verbum dei loquantur & denuntiant, vulgari eloquio.

Intret autem quis infidelium vel idiota,

Qui infidelis est

Conuincitur ab omnibus,

De infidelitate, quam dei verbum reprobat

probat, qui autem fidelis est, & iniquitatem diligit,

Dijudicatur ab omnibus,

Qui peccata eius, & q̄ ingrata sint deo ante oculos ponunt.

Occulta enim cordis eius,

Mala quæ nemo hominum cognoscit:

Manifesta fiunt,

Manifestata per verbi ministerium qui talia peccata reprehendit, de quibus sibi conscius est qui intrat fidelis.

Et ita cadens in faciem,

Sic admonitus per prædicantem, humiliat se deo, atq; pœnitet, pœnitens autem,

Adorabit deum,

Et corde, & voce, & vitæ nouitate.

Pronuntians.

Et voce contestans,

Quod vere deus in vobis sit.

Qui tam sancta verbi denuntiatione, hominum animas conuertitis, ecclesiam ædificantes.

Quid ergo est fratres?

Quid amplius dicā de linguis ad vos qui linguis gloriamini.

Cum conuenitis,

In ecclesiã, & simul estis multi, lingui loquentes.

Vnusquisq; vestrum psalmum habet.

Peculiarem, orationem habet, qua deum precetur, lingua paucis forte nota, alius quidem.

Doctrinam habet,

Eadẽ, vel alia peregrina lingua, alius,

Apocalipsim habet,

Donum prophetiæ, arcanorum per reuelationem, alius

Linguam habet,

Peculiarem, quam alius inter vos non habet, alius

Interpretationem habet,

Hæc sunt spiritus sancti singularia dona singulis. Et quemadmodum spiritus sancti dona sunt, ita

Omnia ad ædificationẽ fiant.

Ad ecclesiæ vtilitatem dispensentur, ea enim causa hominibns distribuuntur. Tua quidem sola causa, non accepisti. Si autem multi in ecclesia simul fueritis.

Siue

Siue lingua quis loquitur,

Sed per interpretationem, ne frustra loquatur in ecclesia, non loquantur simul plures.

Secundum duos, aut vt multũ tres.

Eodem tempore loquantur.

Et per partes,

Vicissim,

Et vnus interpretetur.

Linguam populo peregrinam, vel qui loquitur ipse, vel qui astat alius quispiam, ne frustra loquatur. Centum si affuerint lingua loquentes aut prophetę, vt euitetur omnis confusio, non sint præter duos aut tres, qui vni concioni, vno tempore loquantur, & vicissim cum modestia quidem.

Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia.

Qui lingua peregrina loquitur, ne frustra loquatur, sine vlla vtilitate.

Sibi autem,

Tacita voce & priuatim,

Loquatur & deo.

Qui & cogitationes & verba intelligit.

Prophetæ autem,

Verbi denuntiatores, ſi affuerint,

Duo aut tres dicant,

Viciſſim,

Cæteri autem,

In ſacris literis exercitati,

Dijudicent,

Non idiotæ, non vulgus, alij nulli, q̃ de numero prophetarum.

Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti,

Aliud melius.

Taceat prior,

Qui loquebatur, & loquatur cui reuelatum eſt, id quod erit ſine vlla contẽtione, ſi a deo fluxerit. Alter alteri libenter cedat,

Poteſtis enim omnes prophetare per ſingulos.

Nemo prophetarum prohibetur, modo viciſſim fiat cum modeſtia ad eccleſiæ ædificationem.

Vt omnes diſcant,

Multos bonos prophetas audientes.

Et omnes exhortentur,

Qui de

Qui de numero prophetarum ſunt, vt amplum fructũ afferant, & fiant omnia ſine vlla contentione, non ægreferat qui ſilet, non ſuperbiat cui reuelatum eſt, quem ſpiritus ſanctus excitat. *Si* enim eſt idem ſpiritus, manſuete fiant omnia, nam

Et ſpiritus prophetarum, prophetis ſubiecti ſunt,

Mitis eſt hic ſpiritus, & mitem animũ efficit, atq; facilem ad concordiam.

Non enim eſt diſſentionis deus, ſed pacis, ſicut & in omnibus eccleſijs ſanctorum doceo.

Quod autem ad mulieres attinet,

Mulieres in eccleſijs taceant.

Non prophetent aut interpretentur.

Non enim permittitur eis loqui.

Apud congregationem, vt ſint doctores & præceptores,

Sed ſubiectas eſſe,

Oportet.

Sicut & lex dicit. *Si* quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos

inter-

interrogent, turpe est mulieri lo-
qui in ecclesia.
Modo, in sacris literis quos vis exerci-
tatos, præ se contemnunt nostræ mu-
lieres. Iterum se vertit ad Corinthios,
sibi nimium arrogantes.
An a vobis verbũ dei processit?
Qui scientiæ vobis tantum tribuitis?
Aut in vos solos peruenit?
Ortum ne habet a vobis? aut vbicun-
ortum est verbum dei, vobis ne solis
datur? ad vos solos peruenit? vobis
dico.
Si quis videtur propheta aut spi-
ritualis.
Donum habens prophetiæ a spiritu
sctõ, vel qui spiritui sctõ subiectus est.
Cognoscat quę scribo vobis,
Et scriptis obediat.
Quia domini mandata sunt.
Domini mandato loquor.
Si quis autem ignorat.
Hæc scire non vult.
Ignorabitur.
Dicit enim ei deus, nescio te, quia sci-
re no-

te noluisti, quæ mandabam.

Itaq; fratres,

Vt vobis in summa dicam.

Aemulamini prophetare,

Studiosi sitis, vt & dei verbum denuntietis, & interpretemini, præterea,

Loqui linguis nolite prohibere.

Neutrū dehortor, magna etenim dei dona sunt.

Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in vobis.

Vt omnia inter vos cum decore fiant, modeste, cum patientia, mansuetudine, & fraterna concordia,

Cap, XV. Argumentum.

M*ortuorum resurrectionē docet Christi exemplo.*



Otum autem vobis facio fratres, euangelium,

Letum nuntium, & indubitatam doctrinam, quam prædicaui vobis ante hac verbo & voce nunc vero per epistolā, hoc est euangelium.

Quod

Quod & accepiftis,
A me.
In quo & ftatis,
Firma fide,vt fpero.
Per quod faluamini,
Quia non eft in aliquo alio falus, hoc certo certius eft.
Qua ratione prædicauerim vobis fi tenetis,
Nifi obliuioni dederitis. Vobis hoc vt credatis neceffarium eft.
Nifi fruftra credidiftis,
Hoc cæpiftis credere, nifi perfeuerateritis,fruftra cępiftis . Grauis pręfatio,in re maxima.
Tradidi enim vobis in primis.
Cum apud vos primum euangelium denuntiaui,hoc pręcipuum inter alia
Quod & accepi,
A domino, non a meipfo.
Quod Chriftus mortuus eft pro pctis noftris, fecundũ fcripturas.
Quę multo antea, hoc futurum teftabantur.
Et quia fepultus eft,

Vt cum

Vt eum vere mortuum ſcias.

Et quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas.

Quę hęc pręnuntiabant.

Et quia viſus eſt,

Reſurrectionis multi teſtes ſunt, quia viſus eſt

Cephæ, & poſt hoc vndecim, deinde viſus eſt plusq̃ quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent vſq; adhuc, quidam autem dormierunt.

Completas priores ſcripturas multis teſtibus probat.

Deinde viſus eſt Iacobo, deinde apoſtolis omnibus, nouiſſime autem omnium tanq̃ abortiuo,

Infidelitate pri⁹ mortuo vita indigno.

Viſus eſt & mihi.

Ea forma, glorificato corpore, qua viſus eſt alijs prioribus illis poſt reſurrectionem.

Ego enim ſũ apoſtolorũ minimus, qui non ſum dignus vocari

apoſtolus

apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei.
Christi hoſtis. Iam vero mutatus.

Gratia autem dei ſum id quod ſum.
Segregatus in euangelium.

Et gratia eius in me vacua non fuit.
Per gratiam, datam gratiam non neglexi.

Sed abundantius illis omnibus,
Coapoſtolis.

Laboraui, non ego autem,
Mea propria virtute.

Sed gratia dei mecum,
Quæ me & excitauit, & roborauit, cooperatorem per gratiam effectum.
Vnanimes fuimus omnes in verbo.

Siue enim ego,
Euangelium prędicaui.

Siue alij apoſtoli, ſic prædicauimus.
Vno cōſenſu de Chriſti reſurrectione.

Et ſic credidiſtis,

Eam

Eam, quemadmodum est, sinceram veritatem esse.

Si autem Christus prędicatur,
Ab omnibus.

Quod resurrexit a mortuis, quomodo quidã dicunt in vobis quoniã resurrectio mortuorum non est?
Quis nostrum hoc sine impietate asserere potest?

Si autem resurrectio mortuorum non est:
Vt impijssime quidam asserunt.

Neq; christus resurrexit.
Qui homo erat mortalis, qui mortuus est, sepultus, & vere, deus & homo iam immortalis resurrexit,

Si autẽ Christus nõ resurrexit,
Si eius resurrectionem credere nolueritis.

Inanis est predicatio nostra, inanis est & fides vestra.
Cum in mortuo nullum sit auxilium, neq; spes vlla a mortuo, si non reuixerit, vitam non dabit,

Inuenimur autē & falsi testes dei:
Si non resurrexit christus.

Quoniam testimoniū diximus aduersus deum,
Patrem, qui prædicauimus.

Quod suscitauerit Christum,
Filium suum a morte.

Quem non suscitauit, si mortui non resurgunt.
Vt asserunt fanatici quidam, vere fanatici.

Nam si mortui non resurgunt, neq; christus resurrexit. Quod si christus non resurrexit,
Iterum vobis dico.

Vana est fides vestra,
Inutilis de christo per omnia!
Adhuc enim estis in pctis vestris:
Quia nō potuit peccatorum remissionem afferre, nisi resurrexerit.
Ergo & qui dormierūt in christo,
In Christi fide.

Perierunt.
Perpetua morte affecti sūt, per vanā & inutilē fidē, de futura vita per christū.

Si in hac vita tantum in christo ſperantes ſumus:

Spem nullã habentes poſt hanc vitã.

Miſerabiliores ſumus omnibus hominibus:

Qui propter christum huius mũdi relinquimus & honores, & diuitias, & voluptates, & præſentem totam vitam deſpicimus. Corpus fatigatur, in ſeruitutem redigitur, quęq; maxime velit maxime negantur, affligitur quotidie. Quæ omnia libenter fert, futuræ reſurrectionis certa ſpe. Sed quouis pacto titubare aut heſitare nolite.

Nunc autem christus reſurrexit a mortuis, primitiæ mortuorum.

Primus qui poſt mortem reſurrexit glorificato corpore, verum veræ futuræ noſtræ reſurrectionis exemplar.

Quoniam quidem per hominẽ, Adam.

Mors,

In omnes decreta eſt.

Et per hominem, Christum.

Resurrectio mortuorum,
Restituta est.
Et sicut in Adam,
Propter eius peccatum.
Omnes moriuntur:
Nemine excepto.
Ita in christo oẽs viuificabũtur,
Vitæ perpetuæ restituentur corpora.
Vnusquisq; autẽ in suo ordine:
Dignus motte, morietur, dignus gloria, coronabitur, qui decem talenta lucratus est, super decem ciuitates constituetur.
Primitię christus,
Omnium resurgentium.
Deinde ij qui sunt Christi.
Primum resurgent quadam prærogatiua, quia filij dei, & Christi fratres.
Qui in aduentũ eius crediderũt.
Et spem certam habuerunt. Resurgẽt quidem & peccatores in perpetuam damnationem, sed non ibunt Christo obuiam in aere. Super omnia uultum dei cupient fideles, peccatores vero abhorrebunt ab eo. Deorsum itaq; manebunt, sententiam excepturi.
Deinde

Deinde finis.

Omnium rerum consummatio.

Cũ tradiderit regnũ deo patri.

Christus qui omnem potestatem a patre accepit, eamq; in hoc postremo iuditio compleuit, omnium iustam rationem reddidit, patris omnẽ voluntatẽ adimpleuit, hoc est regnũ tradere.

Cum euacuauerit,

Sustulerit, subiecerit.

Omnem principatum & potestatem, & virtutem,

Inimicos omnes, sub pedibus posuerit, carnem, mundum, diabolum, quæ amplius vllã potestatem nõ habebũt.

Oportet autem illum,

Cristum & dominum,

Regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius, Psal. 109.

Quia sic prædictum est.

Nouissime autem inimica destruetur mors.

Vel in corpus, vel in animam, quia debilitata & euacuata est illa potestas, quæ mortẽ inferret, sublatum est mortis

tis decretum. Regnauit ergo christus donec posuerit omnes inimicos sub pedibus, regnat modo deuictis oibus,

Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat,

Spiritus sanctus per prophetam.

Oia subiecta sũt ei, sine dubio,

Vero verius hoc est,

Preter eũ qui subiecit ei omnia.

Patrem scilicet, ne filium patre maiorem putent gentiles, vt Iouem filium, Saturno patre.

Cum autẽ subiecta fuerint illi,

Deo patri.

Omnia:

Qui potestatem filio dedit.

Tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia;

Deo patri.

Vt sit deus.

Pater.

Omnia in omnibus.

Tanq̃ origo & fons ipse, a quo fluunt omnia. Se agnoscit patri subiectũ filius homo, & hanc potestatem ab eo accepisse

cepisse. Ait vere de⁹ filius, pater & ego vnum sumus. Nostrorũ vero corporũ, veram futurã resurrectionẽ credamus.

Alioquin quid facient,

Cur fit a nonnullis.

Qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur.

Viui.

Pro illis?

Qui mortui sunt?

Mos erat Marcionistis hæreticis (inquit Theophilactus) vt qui sine baptismo moreretur, poneretur eius loco, viuus quidam occulte sub feretro, qui interrogationibus, quæ in baptismo fieri solent respõderet, quẽ in mortui persona baptizabant, non sine spe futuræ resurrectionis, q̃uis inaniter. Hũc itaq; morem a superstitiosis hæreticis factum non probat apostolus.

Vt quid & nos periclitamur tota die?

Periculis nos obijcim⁹ quotidie, mortem pro christo non metuentes, si nulla futuræ resurrectionis spes esset?

Quotidie morior,

Quia me persequũtur Christi inimici, quotidie affligor, atq; vt moriar, paratus sum.

Propter vestrã gloriã fratres.

Vt hostes omnes vincatis vos, & constantes in fide sitis Illa est gloria,

Quam habeo in vobis, in christo iesu domino nostro.

Quia ego vos genui, fidem, & mores christo dignos vos primum docui, pericula mea manifestata sunt.

Si (secundum hominẽ loquor)

(Humanum est hoc argumentum)

Ad bestias pugnaui ephesi.

Illis obiectus vt me deuorarent, & hęc libenter pro Christo tuli. Si autem deuorassent.

Quid mihi prodest,

Quid vtilitatis inde haberem.

Si mortui non resurgunt,

Frustra corpus hic perderem pro christo, si nõ futura esset illius resurrectio, vt pro labore mercedem reciperet. Canũt enim impij, quibus nõ est hęc spes,

Esai.22. Manducemus & bibamus, cras

enim

enim moriemur.

Non eos latet, breuem & incertam vitam nostram, illis vero alia cura nõ est, q̃ vt huius vitę voluptatibus lęti fruãtur. Sed cauete vos fratres,

Nolite seduci,

Tali impiorum colloquio.

Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. Ex Menandro uersus.

Cum peruerso peruerteris, pernitiosa res est, mala cum malis consuetudo, vt non igitur seducamini.

Euigilate iusti,

Solicitæ, fugientes & mala colloquia, & mala opera,

Et nolite peccare,

Serate aures vestras ab ijs malis colloquijs.

Ignorantiam enim dei quidam habent,

Qui talia loquuntur & sunt nimis multi apud vos.

Ad reuerentiam vobis loquor.

Vt hæc reuereamini, quæ tam pernitiosa sunt, vosq; pudeat huius ignorãtie.

Sed dicet aliquis,

Ex impiis illis, qui deum ignorant.

Quomodo resurgunt mortui?
Postq corpus factum sit terra & cinis?
Si vero resurgent.

Quali autem corpore venient?
Priore corpore in cineres redacto. Ait apostolus.

Insipiens tu,
Qui male sapis, animaduerte.

Quod seminas nō viuificatur, nisi prius moriatur.
Aliter quidē ipsum solum manet.

Et quod seminas non corpus quod futurū est seminas, sed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius cæterorum, deus autē dat illi corpus sicut vult.
Non enim resurgit e terra, eadem corporis forma, seu verius idem corpus quod seminasti. Deus enim pro voluntate facit.

Et vnicuiq; seminum proprium corpus,
Dat, hoc et perspicimus in alijs animantibus.

Non omnis caro, eadẽ, Est.
Caro, sed alia hominũ, alia pecorum, alia autẽ volucrũ, alia pisciũ.

Distincta sunt corpora, pro dei arbitrio. Sic potens est deus in hominum resurrectione, ea corpora quę vult dare hominibus, Sed quædam erunt vt corpora pecorum aut volucrum, quia illico morientur damnati ad perpetuam mortem. Sunt enim

Et corpora cœlestia, & corpora terrestria.

Cœlestia erunt fidelium corpora, terrestria infidelium, & peccatorum.

Sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium.

Cœlestium gloria erit cum deo & angelis eius, inglorij manebunt perpetuo peccatores, cum diabolo & eius sodalibus. Sed & inter cœlestia quidẽ corpora, erit differentia, nam

Sicut alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarũ, stella autem a stella differt a claritate, sic & resurrectio mortuorũ.

Vnus

Vnusquisq; resurget in ordine suo, a-lius alio maiori gloria prȩditus. Talis erit piorum resurrectio. Quali autem corpore venient, non eodem mortali & corruptibili. Sed

Seminatur in corruptione,

Quia cito puerescit.

Surget in incorruptione,

Purum immortale.

Seminatur in ignobilitate.

Moritur corpus, fœdum cadauer. Sed

Surget in gloria.

Corpore glorificato per immortalita-tem, incorruptionem, & perpetuũ gau-dium, pijs omnibus.

Seminatur in infirmitate,

Quia facile morit̃, & facili9 putrescit.

Surget in virtute,

Nunc immortalis, quia non potest cor-rumpi. Immortalia erũt omnia huma-na corpora, vel in gloriã, vel in pœnã.

Seminatur corpus animale,

Quia moritur, & corrumpitur, sicut ali-orum animalium corpora.

Surget corpus spirituale.

Incorporale corpus, vt ita dicam, si-mile

mile ſpiritui, & propter immortalita-
tem, & incorruptionem,

Si corpus animale,

Quod moritur, ſumptum a primo pa-
rente Adam.

Eſt & corpus ſpirituale.

Dum reſurgit.

Sicut ſcriptũ eſt, factus eſt pri-
mus homo Adã in aiam viuentẽ. Gene. 2.

Vt viueret cum corpore, animalis ho-
mo, mortis cauſa.

Nouiſſimus Adam,

Chriſtus factus eſt:

In ſpiritum viuificantem.

Quia reſurrexit & viuit corpore & aia
eundẽq; ſpiritũ, qui viuat cum corpo-
re, omnibus hominibus attulit.

Sed nõ prius quod ſpirituale eſt.

Hoc datur corpus.

Sed quod animale,

Mortale & corruptibile.

Deinde quod ſpirituale,

Per reſurrectionem. Sic fit Adami ex-
emplo, & Chriſti.

Primus homo.

Adam.

De

De terra, terrenus

Erat de terra formatus.

Secundus homo,

Christus.

De cœlo, cœlestis.

Qui de cœlo venit, sine vlla terrena & humana opera, sine vlla humana propagine.

Qualis terrenus, tales & terreni.

Mortales, corruptibiles.

Et qualis cœlestis, tales & cęlestes.

Nemo cœlestis, nisi a christo, & qui credit in aduētum eius, vt cœlesti perpetua fruatur gloria. Cœlestes autem erunt & impij, quod ad immortalitatē attinet, et incorruptionem, in eorum perpetuam pœnam. Sed vere cœlestes pij tantū erūt, sotij cœlestiū spirituū.

Igitur sicut portauimus imaginem terreni,

In hoc mortali corpore corruptibiles.

Portemus & imaginē cœlestis.

Induamus Christum, vt cum eo resurgamus in gloriam.

Hoc autem dico fratres.

Et iterũ vobis dico, vt portemus imaginem cœlestis.

Quoniam caro & sanguis regnum dei possidere non possunt.
Si terrenum patrem sequaris, hoc est, carnem peccatricem, ad regnum dei non attinges, qnia si secundum carnẽ vixeritis, moriemini.

Neq; corruptio, incorruptelam possidebit.
Aut mortalis immortalitatem, Secundum spiritum viuas oportet, vt spiritualis sis, & perpetuo bene viuas.

Ecce mysterium dico vobis,
Diligenter animaduertite.
Oẽs quidẽ resurgemus,
Et boni & mali.

Sed non omnes immutabimur.
Resurget nemo, qui non prius cadit. Semen non viuificatur nisi prius moriatur, Cadit moriendo mortalis quisquis est, resurgit ad immortalitatem Nulli non mortis sententia est, sed nõ omnes immutabimur, quia peccato corrupti morietur multi, & ab illa corruptione nunq̃ purgati, a regno dei in

fœdas

fœdas perpetuas inferni carceres, de-
ijciẽtur, mortui in hac carne deo, mor-
tui semper manebunt. Nemo tamen
resurget, nam

In momento in ictu oculi,

Cito citius, q̃ cogitari possit.

In nouissima tuba (canet enim
tuba)

Qui dei sola vox est, hoc est, sola vo-
luntas, hic est qui tonabit voce mag-
Iob. 17. nitudinis suæ, vt omnes audientes, cor
pore reintegrato in ictu oculi resurgãt
& sententiam accipiat vnusquisq;, in
suo ordine.

Et mortui resurgent incorrupti,

Quod ad immortalitatem attinet, oẽs

Et nos immutabimur,

1. Thessa. 4. Qui in eius aduentum credimus, simul
rapiemur cum domino sursum in aera
a corruptione ad incorruptionẽ trans
mutati, a morte ad vitam.

Oportet autẽ corruptibile hoc
induere incorruptionem, & mor-
tale hoc, induere immortalitatẽ.

Quia caro & sanguis, humanum cor-
pus corruptum & mortale non attin-
get ad

get ad regnum dei. Ineffabilis immutatio.

Cum autem mortale hoc,
Quod nunc gerimus corpus.
Induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt.
Complebitur.
Abſorpta eſt mors in victoria. Oſee.13.
Quia vincitur mors, cui dicetur.
Vbi eſt mors victoria tua?
Qua viciſti mortales.
Vbi eſt mors ſtimulus tuus?
Quo tot ad mortem vulneraſti.
Stimulus autẽ mortis pctm̃ eſt.
Mortis æternæ. Poſt hunc finem, neq; corporis neq; animæ mors erit vlla, quia finis, peccatum erit nullum amplius.
Virtus autem peccati, lex,
Ex eius præuaricatione, cui amplius non ſubijcietur mortalis homo.
Deo autem gratias,
Agamus aſſidue.
Qui dedit nobis victoriam,
Priorem omnem,

Per dominum nostrum Iesum Christum.

Qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles:

In hac sana doctrina, ne vlla mala persuasione seducamini.

Abundantes in opere domini semper.

Vt omnia in ecclesiæ ædificationem faciatis, hoc enim vobis dico.

Scientes quod labor vester non erit inanis in domino.

Quia dignam mercedem recipietis, & vitam æternam possidebitis.

Cap. XVI. Argumentum,

Ad eleemosinam & charitatem, uel in absentes & ignotos hortatur. Se ad eos uenturum pollicetur. Commendationibus & salutationibus epistolam claudit.

De col-



E collectis autē,
Eleemosinis:
Quę fiunt in sanctos,
Vt inter fideles distribuantur.
Sicut ordinaui ecclesijs galathię,
Vt apud eos fieret.
Ita & vos facite.
Corinthij, hoc est.
Per vnam sabbati,
Quem dominicū diem vocamus, vnā, hoc est primam diem post Iudeorum sabbatum. Illa die maxime seruiendū est, deo, in omnibus operibus bonis, Hunc diem dominicum, non esse nouum perspicis, sabbati loco constitutum, & in resurrectionis memoriam, & Christi familia ne iudæizaret, solitāq; esse Christi familiam, eo potissimum die conuenire. Vt autem sitis parati ad eleemosinam. *Dominicus dies.*
Vnusquisq; vestrum apud se reponat,
Vel semel, vel sepius id quod dare de-

creuerit in eleemosinam.

Recondens,

Id quod sepoſuit, pro ſpontanea voluntate.

Quod ei bene placuerit,

In pauperes elargiri.

Vt non cũ venero, tũc collectę fiant.

Ab vnoquoq; accipiatur quod in hunc vſum repoſuit, & interim recondidit, ne iterum ad alios vſus verteretur.

Cum autem præſens fuero,

Et factæ ſint collectæ.

Quos probaueritis,

Probos homines qui collectas deferãt

Per epiſtolas,

Meas commendatorias,

Hos mittam perferre gratiam veſtram.

Hanc benignam liberalitatem.

In hieruſalem.

Ad fratres illic egenos, qui aſſidue fortunis ſpoliantur pro Chriſti nomine.

Quod ſi dignum fuerit,

Et vobis viſum.

Vt

Vt ego eam,
Cum vestris collectis.
Et ipsi mecum,
Eant, quos ꝓbastis, vt tutius deferatꝫ.
Veniã autẽ ad vos cum Macedoniam perrransiero, nam Macedoniam pertransibo.
Hoc primum constitui.
Apud vos forsitan manebo:
Nisi aliter voluerit deus.
Vel etiam hyemabo,
Totam hyemem apud vos ero.
Vt vos me deducatis quocũq; iero
Libenter me ponam manibus vestris, & me vobis credam. Vos igitur non pertransibo, sed apud vos manebo.
Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquãculum tẽporis manere apud vos; si dominus permiserit.
Corinthios allectat, vt autem vos non lateat pars itineris nunc nostri.
Permanebo autem Ephesi, vsq; ad pentecosten.

Me vrget magna causa.
Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens.
Vt multos christo lucrifaciam.
Et aduersarij multi.
Qui malignis totis viribus impediant,
Vni succurrēdū est, alteri eundū obuiā.
Si autem venerit Timotheus,
Ad vos.
Videte vt sine timore sit apđ vos
Ne vestrū quisq̄ in eū arroganter insurgat, qui nō solit⁹ est delinquētib⁹ pcere. Ei⁹ itaq; loquēdi libertatē feratis.
Opus enim domini operatur,
Apud omnes, quadā magnanimitate.
Sicut & ego.
Arguendo & increpando.
Ne quis ergo eum spernat.
Videte vos qui ex melioribus estis.
Deducite autem illū in pace.
In tuto.
Vt veniat ad me, expecto enim illum cum fratribus.
Alijs quibusdam.
De Apollo autem fratre,
Quem

Quem nostis.
Vobis notum facio quoniam multũ rogaui eũ vt veniat ad vos, cum fratribus.
Quos secum habet.
Et vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc veniret, veniet autem cũ ei vacuum fuerit,
Oportunitatem queret. Interim
Vigilate,
Aduersum hostes.
State in fide,
Quam accepistis, constanter.
Viriliter agite,
Ne minis aut terroribus succũbatis.
Et confortamini.
Spe gratię & auxilij dei, cũ primis aũt.
Oia eni vestra in charitate fiant.
Vt non inutiliter laboretis.
Obsecro autem vos fratres.
Quia
Nostis domum,
Familiam,
Stephani, & fortunati, & achaici,
Nostis,

Quoniã sunt primitiæ Achaię.
Primi in fide,& præcipui in cõstantia.
Et in ministeriũ seruorum ordinauerunt se ipsos,
Seipsos totos dederũt, vt sanctorũ necessitatibus ministrent, obsecro igit
Vt & vos subditi sitis eiusmodi,
Tanq̃ parentibus,opẽ eis ferẽtes,& in ministerio iuuãtes,nõ modo ipsis, sed,
Et omni alij laboranti,
Ad fidelium vtilitatem,
Gaudeo autẽ in præsentia Stephanæ,& Fortunati, & achaici.
Qui modo apud me sunt.
Quoniam id quod vobis deerat,ipsi suppleuerunt.
Doctrina & exemplo:
Refecerũt eni & meũ sp̃m et vr̃m
Meum, quem præsentes, certiorem fecerunt,vestrum, in quem & sanam doctrinã,& bonũ vitę exẽplũ indiderunt.
Cognoscite ergo,
Et magnifacite,& eos,& omnes alios,
Qui eiusmodi sunt,
Digni sunt & amore,& honore.

Salutãt

Salutant vos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in domino multum, Aquila & Priscilla, cum domestica sua ecclesia.

Tota christiana familia.

Apud quos & hospitor.

Sciatis id velim, vt eo sint apud vos gratiores.

Salutant vos omnes fratres.

Omnes fideles in christo, vestram salutem optantes.

Salutate inuicem in osculo sctō,

Sit eadem beneuolentia inter vos, sine vlla fictione. Sic enim vos mutuo excipietis osculo sancto.

Salutatio mea,

Ad vos hæc epistola est.

Manu Pauli,

Scripta, qui vobis optime optat.

Si quis autem non amat dominum nostrum Iesum Christum.

Non agnoscit, non obedit euangelio.

Anathema sit,

Indignus vestra societate, abijtiatur, Dominum non amat, qui eius resurrectio-

rectionem non credit, qui eius veritatis verbum reiicit. Sine dubio

Maranatha,

Chaldaicum verbum, significans dominus venit. Venit qui promittebatur a seculi principio, qui mortuus est & resurrexit secundum scripturas, vt hæc credatis.

Gratia domini nostri Iesu christi vobiscum. Charitas mea,


Quæ me cogit vos nimium amare, sit

Cum omnibus vobis in christo Iesu.

Vt vos quoq; inuicem ametis, & non sint inter vos aut dissentiones aut scismata.

Amen.

Faxit dominus noster
IESVS,
vt ita
fiat.



LONDINI in ædibus
Ioannis Herfordiæ.
Anno 1546.
Quinto die mensis
Octobris.

